



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.**

[Liber I-VI]

**Baronio, Cesare**

**Romæ, 1636**

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S.R.E. Card. A Lvdovico Avrelio Perusino. In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65044)



I  
ANNALIS  
ECCLESIASTICI  
CAESARIS  
BARONII  
S. R. E. CARD.

A LUDOVICO AVRELIO  
*Perusino.*

In totidem libellos breuissimè redacti  
in quot magna volumina opus  
ab Authore digestum est.

LIBER I.

*Respondens primo Authoris Tomo.*

**N**ASCITVR Chri-  
stus Dominus in  
spelunca è rupe  
excisa, non lon-  
gè à muris Beth-  
leem, Augusto (si  
principatum illius  
à Iulij Cælaris cæde auspicemur) iam  
annos XLII. imperante; octaua dein-  
die, ipsis Ianuarij Kalendis, eadem in  
spelunca, vt verior fert sententia, cir-  
cumciditur, indito, ex Angeli præce-  
pto, IESV nomine. Exinde Magi Viri  
A sa-



sapientes, ac Dynastæ, ex Arabia, stellæ ductu profecti, Puerum recens natum, fassi Deum, adorant, ac muneribus colunt. Diua Puerpera, quadragesimo à partu die, ex lege, Hierosolymam petit: Templum inicit: Natum Deo dicarum, præscripto redimit precio: mira à Simeone, mira ab Anna audit, quæ ad Herodem, haud dubiè, delata, iniectam à Magis suspicionem ita auxerunt, vt facinus immanissimum, tot infantium cædem, imperaret. præmonitus ab Angelo Ioseph, Puerum, ac Matrem in Ægyptum auexerat, Dei aduētum Ægypti simulacra, ex Prophetæ vaticinio, corruisse constans est fama, antiquorum Patrum autoritate firmata. In hunc eundem annum, licet dissentiat Iosephus, incidit Iudæ Galilei secessio, qui Theodum, alium Impostorem, æmulatus, censum à Cæsare imperatum seruitutem indignam esse contendens, multos, & ipse ex sua Gente, ad defectionem compulit, quæ utrique malè vertit.

Ad annum Christi secundum spectat Gentis Iudæorum iusiurandum, quo illam Herodes adegit, vt Cæsari, ac sibi, posterisque fidem obligaret, quod præstare abnuentes, Pharisei, sex millium numerum excedentes, à Tyranno mulctati sunt. mulctam tamen (quod mirum videri possit) Pherore Herodis Fratris Vxor persoluisse dicitur.

He-

*Ios.*  
*lib. 20.*  
*c. 2.*  
*Act. 5.*

*Chri.*  
*Ann. 2.*  
*Phil. 1.*  
*2. de*  
*temp.*  
*Ios. 1.*  
*17. c. 3*



Chri Herodes, Regnum alioquin foelicif. *Herodis*  
 Ann. 8. simus, annum prope septuagesimum *dis*  
*Ios. lib.* agens, diris corporis, animique cru- *mors.*  
 17. c. ciaribus vexatus, moritur: regnum *et le-*  
 8. *et* Archelao, ex filijs supersticibus maio- *gata.*  
*seq. Eu* ri natu, legat. Herode Antipa, ac Phi-  
*seb. l. 1* lippo Tetrarchis institutis, reliquis co-  
 c 8. gnatis, Sorori in primis, oppida non-  
 \* *Quin* Cæsari (quòd credi vix possit) Vxori-  
*decim,* que eius Liuiæ, præter aurea vasa, ac  
*ut nūc* argentea, reliquit argenti signati cen-  
*loqui-* ties, ac quinquagies centena millia. \*  
*mur,* Ab Herodis morte, cum Archelaus,  
*millio-* atque Antipas sese inuicē delaturi ad  
*nes* Augustum Romam nauigassent, apud  
*Ios. lib.* Iudæam, multi, varijs artibus multitu-  
 17. c. dine sibi conciliata, regium nomen  
 12. vsurparunt; hinc res Iudæorum pes-  
 sum ire cœperunt. Archelaus non  
 ab Antipa Fratrem modo, sed a Gentis  
 etiam Legatis accusatus, dimidia Re-  
 gni parte ab Augusto donatus, Regis  
 nomine abstinere est iustus, donec  
 huiusmodi sese honore dignum red-  
 deret.

Chri. Ioseph interim de Herodis morte *Christi*  
 Ann. 9. certior ab Angelo factus, ex Ægypto *ab Æ-*  
 cum Virgine, ac Puerum nonum iam *gypto*  
 annum ineunte discessit, apud Naza *redi-*  
 ret, Galileæ Oppidum, deinceps mo- *tus.*  
 raturus, ea ipsa in Ædicula, quæ, ma-  
 gno postmodum miraculo, in Dalma-  
 tiam primùm, dein Picenum delata,



4 *Epit. Annal. Eccles.*

propè Recinetum nunc visitur, ac religiosissimè colitur.

Annus duodecimus agens Christi-Christus Dominus à Parentibus, qui Hierosolymam petierant, diuino consilio se subducens, anxie perquisitus, tertia demum die in Templo, inter Legis Doctores inuentus est audiens illos, ac supra ætatis captum cum eis differens. Hoc anno constat accidisse Variam cladem apud Germaniam, in pœnâ expilatæ ab eo Duce antea Syriæ, cui præfuerat, quamque, vt tradit Velilius, & ex eo alij, diuitem pauper ingressus, diues pauperem reliquit.

Archelaus à Iudæorum, ac Samaritanorum Legatis iudicio postulatus, Ann. Viennam, Galliæ Urbem, exulatum mittitur Ditione illius, Syriæ attributa. Hoc eodem anno Augusti mense,

obiit Augustus Cæsar, ætatis anno septuagesimo sexto. Imperium, post eum, iniit Tiberius Nero eius Priuignus, tenuitque annis viginti duobus, cum dimidio.

Is cum initio Principatus, ac per aliquot deinceps annos, Iudæos in Vrbe tunc degentes, non secus, ac Augustus, humaniter habuisset, Seiani postmodum arte extorres egit, atque in Sardiniam, vt stipendia inibi facerent, quasi ad compescenda Insulæ latrocinia, amandauit.

Christi anno XXVIII. recedente à

Pro- 28.



Procuracione Iudææ Valerio Grato *Pila-*  
vndecimo exacto anno, Successor ei *tus in*  
datus est Pilatus, qui, cum auratos *Iudææ*  
clypeos (Cæsaris imagines scribit Io-

*Philo* sepheus) Hierosolymam intulisset, de-  
*de le.* dicassetque, magnas turbas conciuit,  
*gat. ad* victusque populi pertinacia, Cæsareâ  
*Caii.* transtulit. haud ita multo post iterum  
*Ios. lib.* orta seditio Populi, quod sacram pe-  
*17. c. 3* cuniam in profanum vsum verti iussis-  
set, hoc est in extruccionem aquædu-  
ctus, quam ab vsque trecentesimo  
stadio in Urbem inferre constituerat.

*Chri.* Christi annum XXX. auspiciatur *Io. Ba-*  
*Ann.* S Lucas à prædicatione Ioannis Ba- *ptista.*  
*30.* ptistæ, eiusdemque vitæ ratione, à qua  
monasticam dimanasse constat. ad Io-

annem deserta loca incolentem, vt  
omnis generis mortales confluebant,  
ita Christus Dominus accessit, ab eo-  
que, licet aliquandiù renuente bap-  
tizatur in Iordane fluuio, qui diuino *Chri-*  
contactu virtutem adeptus est; eò *stus ba*  
quippè loci leprosos accedere, & lo- *ptiza-*  
tos sanari solitos tradunt. Post hæc, *tur.*

*Greg.* inquit Euangelista, ductus est Iesus in  
*Turo.* desertum. inibi cum ieiunium ad dies  
*de glo.* quadraginta protulisset, tentari se à  
*mart.* Dæmone passus est. à deserto loco,  
*c. 17.* ac ieiunio, ad Opus Redentionis ac-  
cedens propius, sectatorem habuit

*Io. I.* primùm Andream, qui ex discipulis *Aposto-*  
erat Ioannis Baptistæ; is Simonem *lorū vo*  
Fratrem de Christi Numine admoni- *catio.*



6 *Epit. Annal. Eccles.*

tum ad eum secum adduxit, quem intuitus Christus, iam tum Ecclesiæ asurgentis veluti basem constituit. hinc Nouatores facile refelluntur, qui Primatum qualemcumque Petro a Christo ideo traditum contendunt, quod cæteris Apostolis maior esset natus: constat enim Andream, ætate pariter, ac vocatione Petro priorem fuisse. vocatus exindè Philippus traditur, & Philippo admonente, Natanaël, quem quidam Bartholomæum fuisse putant; sed D. Augustini sententiæ tutius inhærendum, qui secus sentit, & Natanaëlem inter Apostolos ideo cooptatum negat, quod esset legis Doctor; Deus autem contemptibilia Mundi eligere constituisset.

*Nuptia a-* Horum discipulorum vocationem *10. 2.*  
*pu-* sequuntur sunt nuptiæ apud Canã Ga-  
*nam.* lileæ Viculum, ac inibi primum à Christo miraculum perpetratum. sunt qui commenti sint Sponsum his in nuptijs fuisse Ioannem Euangelistam, qui tamen miraculo illectus, Sponsa relicta, Christum sequutus sit. *Im- 10. 2.*  
 minente autem Pascha, Christus Hierosolymam ascendisse dicitur, ibique *Matt. 14.*  
 summo cum imperio nudinatores è Templo exturbasse. Interim Herodes *Marc. 6.*  
 Antipas Galileæ Tetrarcha, Herodias ex Aristobulo Fratre Neptis, quæ *Luc. 3.*  
 Philippo item Fratri nupserrat, amore *Ios. lib. 3.*  
 captus, *17. c. 7.*



captus à Viro eam abduxit; factum *Io. Ba-*  
cum improbare Ioannes, Tyranni ius- *prius*  
su in carcerem detrusus, ac demum *car-*  
biennio fere post, improbæ Saltatricis *cer.*

precibus, capite plexus est. Dum re-  
cederet è Iudæa Christus Dominus  
recepturus se in Galileam, Samarita-  
nam offendit Mulierem, quâ cum lon-  
gum sermonem instituit, quem profe-

*Io. 4.*

*Matt.*

*4.*

*Marc.*

*1.*

*Luc. 4.*

quitur Ioannes Euangelista; in Galilea  
iterum reperit Andream, ac Simonem  
Fratrem piscationi operam dantes, qui  
relictis retibus vocantem Christum,  
& aliud piscationis genus eis deman-

dantem, confestim sequuti sunt; nec  
ita multo post vocantem item Iesum  
sequuntur Iacobus, & Ioannes Fra-  
tres, relictis actutum retibus, ipso-  
que Patre Zebedeo. Hic cum Mat-  
thæus addat, Christi operum admira-  
bilitatem famam tota Syria percrebuisse,  
multi non immeritò existimant tunc

*Euseb.*

*lib. 1.*

*6. 13.*

factum, vt Edessæ Rex Abagarus il- *Abaga-*  
lum per literas ad sese acciret, ei- *garus.*  
demque Christus rescriberet. addunt  
nonnulli, ijdemque probati Authores,  
non rescripsisse modo, sed sui imagi-  
nem quoque misisse, non arte pictoris  
elaboratam, sed ipsius summi Opificis  
manu perfectam.

*Chri.*

*Ann.*

*32.*

*10. 5.*

Ad alteram Christi profectioem,  
ad Pascha Hierosolymis celebrādum,  
spectat Paralytici curatio, qui ipsis  
triginta & octo annis in probatica



piscina excubauerat. post hæc accubuit Iesus in domo Simonis Pharifæi, *M. Ma* quò Mulier accessit, quæ erat in *gdale-* uitate peccatrix. *hic longam satis di-* *na.* *sputationem Author instituit, an una,* eademque hæc Mulier fuerit, ac *Maria Magdalena Soror Lazari, ac Mar-* *ta, & unam, eandemque fuisse tradit,* *contraria sententia multis testimonijs* *reprobata.* prosequentes autem Euan- *Matt.* gelistæ sacram Historiã, tradunt Chri- *13.* stum remigrasse in Patriam, ibique (vt *Marc.* accidit contemptui habitum, post hæc *6.* peragrasse Oppida, ac Vicos Galileæ *Luc. 4.* multosque mortales, animorum æquè, ac corporum sanitati restituisse; nec per se solum, sed etiam per Discipulos, quos binos dimisit ad Euangelium latè propagandum.

*Io. Ba-* At Christus Dominus audita Ioan- *Chri.* *ptista* nis nece (quæ ad hunc annum spectat, *Ann.* *eades.* vt antea inuimus) ingressus nauicu- *33.* lam, abiit trans fretum, in auia, ac de- *Matt.* ferta loca, quò cum haud secius tur- *14.* bæ eum multæ sequerentur, nec ci- *Marc.* bum secum detulissent, per summum *6.* miraculum, quinque panibus, ac duo- *Luc 9.* bus piscibus eas, numerum quinque *10. 6.* millium excedentes, pauit. Seceiit post hæc Dominus in partes Tyri, ac *Matt.* Sidonis, & exindè in Galilæam redijt, *15.* multa que ibi miracula exhibuit, exi- *Marc.* guoque iterum pane, paucisque pisci- *7.* culis turbam aluit innumeram; exin, *dimissa*



dimissa turba, secessit cum solis Discipulis, quibus veluti in Concilium coactis, summum Petro sacerdotium attribuit.

In hunc Christi annum (ut aliqua *Seiani cædes.* ex profanis misceamus) incidit Seiani cædes iubente Tiberio; eius inquam Seiani, quem Fortunâ ad summum humanæ foelicitatis fastigium euectum, veluti fatigata destituit. hunc supra, Cæsarem vidit Roma, & post diuinos ei delatos honores, vnco in Genias traxit.

Chri. Trigesimum tertium expleuerat æta-  
Ann. tis annum Christus Dominus, cum,  
34. instante pascha, Hierosolymam petijt  
*Matt.* pro salute omnium Crucis supplicium  
21. subiturus. præcessere Christi mortem  
*Marc.* non longo interuallo, Lazari ad vitam  
11. reuocatio, faustæ Populi acclamatio-  
*Luc.* nes, diuinique honores habiti in die  
19. Palmarum. hinc Sacerdotum, & Scri-  
*Io. 12.* barum odium: hinc captiosæ Phari-  
sæorum, ac Sadducæorum quæstiones  
de Tributo, de resurrectione mortuo-  
rum, de maximo Legis mandato; con-  
uiuium quoque in domo Simonis ite-  
ratum, Magdalenæ obsequium, Con-  
cilium Sacerdotum in atrio Caiphæ;  
cum Apostolis coena, & Paschæ cele-  
bratio: pedum lotio, Sacrosancta Eu-  
charistiæ institutio. à coena recessit  
Christus in montem oliuarum, Hor. *Christi*  
tumque Getsemani, quò, nocte con- *Passio.*  
A 5 cubia,



cubia, Pilati satellitium, Iuda ductore,  
 cum accessisset, illum, rei non ignarū,  
 comprehensum in Prætorium adducit.  
 ibi, nocte reliqua, ludibrio habitus,  
 circumductus, seruiliter cæsus, diris  
 imperitus, Cruci demum addicitur.  
 Christo in Cruce pendente concussa  
 est tellus; tenebris obductum est cœ-  
 lum, multaque alia prodigia accide-  
 runt, quæ apud Euangelistas habentur.  
 eius sepulturam curauit Ioseph ab  
 Arimathæa, corpusque sindone inuo-  
 lutum saxeo condidit monumēto. He-  
 brei etenim, quod plerique ex oriēte  
 populi, mortuorum corpora non cre-  
 mabant, vt Romani. *hic refert Author,*  
*ac reprobat nonnullorū sententias, qui*  
*tradunt, alio, quā XXXIII. etatis an-*  
*no, Christum excessisse. diligentius etiā*  
*perquirat, quo mense, quoque die, non*  
*tantum quoto etatis anno Christus sit*  
*mortem passus; Exindē in memoriam*  
 Dominicæ passionis, honoremque, *Ignat.*  
 apud Christianos mos inoleuit sextam *Epist.*  
 feriam ieiunijs destinare, nec sextam *ad Phi*  
 tantum, sed etiam quartam, quod ea *lipp.*  
 die Sacerdotes Iudæorum de eo mor- *Clem.*  
 ti tradēdo consilium inierint. Religio- *Const.*  
 sæ interim Mulieres emerunt aroma- *l. 5. c.*  
 ta, vt Christi corpus condirent; qui *16.*  
 mos ab Ægyptijs in Iudæos manauit; *Ep. l. 7.*  
 Ægyptij enim sic curabant corpora *c. 22.*  
 per XXXX. dies, eaque, hac arte, ita *Genes.*  
 exsiccabant, vt veluti lapidescerent, *c. 50.*



& longum in æuum seruarentur. hinc mirari quis desinet, cur, post curatum Christi corpus à Iosepho, idem quoque præstare piæ Mulieres vellēt. Sur-  
rexisse autem à mortuis Dominum *Christi resur-  
rectio.* Mulieres comperere, idque discipulis retulere. diluculò id accidisse Ecclesia credit, & *firmat Author relata aliquorum discrepantia, & reiecta.* rediuium apparuisse primū Matri, nemo

*De scri* pius, vt ait Hieronymus, negauerit; *pt. Ec-* apparitiones aliæ notæ sunt satis ex *cles. in* Euangelijs, & Pauli testimonio; has *Iacob.* dum peragit, Apostolos plena sacerdotali potestate donat, Petrū in primis, cui Nauis clauum regendum tradit, prærogatiua inter alios singulari.

Discipuli recesserant, iussi, in Galileam, rursus Hierosolymam reuersi, etiam post Domini in Coelū ascensum ibidem substitere ad vsque aduentum Paraclèti, à quò mire incensi, instructique, opus longè maximum aggressi, orbem terrarum Christo subdere ex composito decreuerunt; & verò etiā foelicissimè perfecerunt; vt deinceps ex instituto demonstrabimus. Quo loco Dominus in Coelum ascendit, vestigia solo impressa reliquit. eo ipso loco Templum postea cum extruere-  
tur rotundo schemate, concamerari totum opus nequuit; relictus est itaque summo in fastigio meatus apertus ( vt licet conijcere ) quo nunc pacto



Romæ adhuc visitur Agrippæ Tem-  
plum; illud etiam mirum (Sulpitij ver- *Sulp.*  
ba) quod locus ille, in quò postremū in- *Seuer.*  
stiterant diuina vestigia, continuari lib. 2.  
pauimento non potuit, siquidem qua-  
cumque applicabantur, insolens huma-  
na suscipere terra respueret, excussis in  
ora apponentium saepe marmoribus; quin  
etiam calcati Deo pulueris aded perene  
ne documentum est, ut vestigia impressa  
cernantur, & cum quotidie confluen-  
tium fides certatim Domino calcata di-  
ripiat, damnū tamē arena non sentiat,  
& eadem adhuc sui speciem veluti im-  
pressis signata vestigijs terra custodit,

*Mat-* Antequam Hierosolyma discederēt  
*thias* Apostoli, atq; aded ante ipsum Diuini  
*locum* Spiritus aduentum, in primis replendū  
*Iuda* Iudæ proditoris locum censuerunt,  
*implet* Petro perorante. cum itaque propo-  
siti essent Ioseph, qui vocabatur Bar-  
fabas, & Matthias, cecidit (inquit Lu- *Dion.*  
cas) fors super Matthiam. fors autem *de Ecc.*  
illa, ut tradunt Patres, fuit insinuata, *Hier.*  
Apostolorum mentibus diuina volun- *p. 3. c.*  
tas; ne autem forte eligerentur Sacer- *5.*  
dotes, Romanis etiam legibus veti-  
tum erat; nec apud Hebreos id vsur- *Dion.*  
patum constat, nisi semel paulo ante *Alic.*  
Hierosolymitanum excidium, & à fa- *lib. 2.*  
ctiosis quidem hominibus, Reipublicę  
statu collabente; tūm Petrus, diuino *Ios. de*  
Spiritu percitus, concionabundus sa- *Bell. l.*  
cra mysteria multitudini circumfusæ, *4. c. 5.*  
stupen-







14 Epit. Annal. Eccles.

*marty-* martyrio affectus est extrâ portam  
*rium.* Aquilonarem. Locum postea Eudocia *Euag.*  
 Augusta, regio sumptu extructo inibi *lib. 1.*  
 Templo, egregiè illustravit: *quoniam c. 22.*  
*verò sacra Historia tradit discipulos,*  
*super morte Stephani, fecisse planctum*  
*magnū; Author opportunè de mortuo-*  
*rum suffragiis, deque igne purgatorio*  
*disputationem instituit, quam apud eū*  
*legas. Post mortē Stephani, pergit fa-* Chri.  
*cer Historicus. facta est persecutio ma-* Ann.  
*gna in Ecclesia, qua erat Hierosolymis, 35.*  
*Et omnes dispersi sūt per Regiones Iu-*  
*da, & Samaria, præter Apostolos, cur*  
*autem Apostoli, dilapsis cæteris Disci-*  
*pulis subistere? an quia alijs auden-*  
*tiores? an quia de populo optimè me-*  
*riti operatione virtutum, gratia apud*  
*eum valerent plurimū; vt sine po-*  
*puli tumultu exturbari tutò nequi-*  
*rent? Discipuli igitur, ea de causa per*  
*totam Asiam dispersi, vocati sunt Ad-*  
*uenæ; dispersionis, ad quos suas dede-*  
*re epistolas Petrus, ac Iacobus; di-*  
*uina autem id providentia factum par*  
*est credere, vt ea ratione dominicus*  
*ager ad diuini verbi semen ab Apo-*  
*stolis foelicus postea recipiendum,*  
*prius à Discipulis excoleretur; itaque* *AE. 8.*  
*eum ad Philippi predicationem rece-*  
*pisset Samaria verbum Dei; quasi ad*  
*maioris molis opus, missi sunt illuc*  
*Petrus, & Ioannes, qui baptizatis à*  
*Philippo manus imponerent, vt acci-*  
 perent



perent Spiritum sanctum . quo loco Sacri  
*Author de Sacro Chrismate disputa-* Chris-  
*tionem instituit .* Inter baptizatos à ma.

Philippo, Simonem Magum Samarita- *Simon*  
 num hominem fuisse referunt. is, cum *Mag.*

Petrum, ac Ioannem Spiritum san-  
 ctum, vt diximus, conferentes, & cum  
 eo miraculorum virtutem, animaduer-  
 tisset, potestatem huiusmodi precio  
 comparare sese ab eis posse existima-  
 uit; à quo Simonix, vt vocamus, cri-  
 men inoleuit . *huius autem hominis*  
*commenta, sectã sectatoresque fusè hic*  
*narrat Author, ex antiquis monumen-*  
*tis; fuisse autem illum eundem Simo-*

*lib. 18.* nem impostorem, qui, Iosepho teste,  
*c. 6.* Gentem illam in montem Garizin  
 coegit, fugatusque est inde à Pilati  
 milite, quidam purant .

Recedentibus è Samaria Petro, ac  
 Ioanne, Philippus substitit, ibidemque  
 Candacis Reginae Eunucum ad Chri- *Cãda-*  
 sti Fidem traductũ lustrali abluit fon- *cis Re-*  
 te, raptusque inde, Azotum delatus *gina*  
*Iren.* est, cuius Urbis Ciuibus Euangelio *Eunu-*  
*lib. 3.* imbutis, perrexit Cæsaream . at Eu- *cus.*  
*c. 12.* nucum, in Æthiopiam postquam per-

*Euseb.* uenit, euangelizasse inibi Christum  
*l. 2. c. 1* plerique omnes tradunt . adorasse  
*Nice-* autem pridem Æthiopes Deum im-  
*ph. l. 2.* mortalem expertes Idolorum, *Author*  
*cap. 6.* est Strabo . quemadmodum & cir-  
*lib. 17.* cuncidi solitos, habetur ex Herodo-  
 to, quem Iosephus laudat . itaque

haud



16 *Epit. Annal. Eccles.*

haud ægrè eorum, cum Christiana, Religionem coaluisse putandum est.

*Pauli* Saulus interim patriæ legis æmula- Chri.  
*cõuer-* tor studiosissimus, Christianæ acerri- Ann.  
*sio.* mus insectator, miro ostento ad Chri- 36.  
Act. 9.

sti Fidem cõuersus, magnum rei Chri-  
 stianæ momentum attulit. asserebat  
 ille secum literas à Principibus Sa-  
 cerdotum ad Damasci Sinagogas,  
 quibus, pro imperio, poenam Chri-  
 stianæ Fidei Sectatoribus constitue-  
 bant. mirum hoc videri potest, cum  
 Vrbs ea externo esset sub Principe, &  
 Herodis quidem hoste Areta Rege;  
 documento Christianis Principibus,  
 quo pacto suis in Ditionibus summi  
 Sacerdotis, in his, quæ ad Religionem  
 pertinent, excipere mandata debeant.  
 accidisse autem hæc biennio fermè  
 post Christi Seruatoris mortem, exa-  
 cto verò, post cædem Stephani, vix  
 dum anno, exploratum est. at enim

*Pauli* cum lapidaretur Stephanus, Saulus  
*at astē-* Adolescens fuisse dicitur; conuersio-  
*pore cõ-* nis deinde tempore, *Vir spirans minas*  
*uersio-* *rum* appellatur, quo factum, vt non-  
*nis.* nulli multis post Stephani obitum, an-  
 nis, Pauli ad Christum conuersionem  
 accidisse existimauerint. verum ex  
 germana græcæ vocis *νεανίσκος* significa-  
 tione, controuersia sublata videri po-  
 test, pro qua latinus Interpres reddidit  
*Adolescentis; præferocis ingenij Iuue-*  
*nis* melius redditurus. vtcumque, fuis-  
 se



se tùm Paulum annorum quinque cir-  
citer, ac triginta, ex eo deduci abun-  
dè posse existimamus, quod scribens  
idem ipse ad Philemonem, anno sui  
carceris secundo, Neronis principa-  
tus quarto, *senem* se esse testatur,  
proinde, vt minus, sexagenarium.  
scripsit autem anno post Christum  
agnitum XXIV. quod verò neque æta-  
te grandior tùm fuerit, ex eo videtur  
posse conijci. quod duodecim fere  
post conuersionem annis Paulus, ac  
Barnabas Listram Licaoniæ Urbem  
cum venissent, ac claudum inibi, in-  
genti miraculo, sanum reddidissent,  
habiti ab incolis pro Dijs sunt, vole-  
batque eis Sacerdos hostias immola-  
lare. *vocabant autem* (inquit Lucas)  
*Barnabam quidem Iouem, Paulum*  
*autem Mercurium*. & quamuis Lucas  
addat, *quoniam ipse Paulus, erat dux*  
*verbi*, & ita Mercurium referret elo-  
quentia, nihilominus iuniorem adhuc  
eum fuisse par est credere, vt Mercurium  
referre aptius potuerit. porrò *Cur. et*  
vocatum eum *Paulum* etiam ante *quãdo*  
conuersionem quidam putant eo ar- *paulus*  
gumento, quod Romanus esset, licet *hoc no-*

*In Pra* *Saulus* à Iudejs vocaretur; qua in sen- *mensũ*  
*fat. ad* tentia videtur esse Origenes. alij, in *pserit.*  
*ep. ad* quibus Ambrosius, & Augustinus, con-  
*Rom.* tendunt in ipsa conuersione cum mo-  
*Ambr.* ribus nomen immutasse, alij denique,  
*serm.* vt Hieronymus, non ante Sergium



18 *Epit. Annal. Eccles.*

Paulum Proconsulem ad Christi fi- *Aug.*  
dem a se traductum, Apostolum, Pauli *1r. 72.*  
nomen tanquam spoliū, adeptum; *in Psa.*  
quod non ante hoc tempus eo nomi- *Hier.*  
ne appellatus legatur; quæ sententia *in ep.*  
magis arridet; quamquam non tam *ad Phō*  
illud usurpasse ad gloriam, quam ab *lem.*  
ipso Proconsule inditum ei fuisse ad *ad Ga-*  
clientelam putamus. Sed iam *lat. 1.*  
Apostoli vestigia sectemur, constat illum, Da- *Chri.*  
masci aliquandiu moratum, petiisse Ann.  
Arabiam, indeque Damascum repe- *37.*  
tisse, moratumque ibidem triennio,  
profectum Hierosolyman.

*Philip-* Obijt hoc anno Philippus Te- *Ios. lib.*  
*pi Te-* trarcha Herodis Antipæ Frater Vir mi- *17. c. 6*  
*trar-* tis ingenij Fratrum, ac Patris dissimil-  
*chaobi* limus. eius Ditio, quod sine liberis  
*tus.* decessisset, Sirix accessit.

*L. Vi-* Eodem fere tempore L. Vitellius  
*rellius* Exconsul, in Syriam Præses missus,  
*Syria* Hierosolyman inuisit, multaque in Iu-  
*Præses.* dæos beneficia contulit. Pilatus inte- *Chri.*  
rim quod omnia per sæuitiam, atque Ann.  
auaritiam ageret, ab eodem Præside *38.*  
in ordinem redactus, Romam mitti-  
tur, ac custodiæ traditur. Herodes ve- *Philo*

*Hero-* rō Agrippa Aristobuli Filius, Herodis *de le-*  
*des A* Magni Nepos, Romæ dum esset, quod *gat. ad*  
*grippa* inconsultè nimis Tiberio mortem pre- *Caio.*  
catus fuisset, Imperium Caio, quem *Ios. lib.*  
eiusdem Tiberij iussu, quasi morū mo- *18. c. 5*  
derator sectabatur, carceri, & ipse ad- *8.*  
dictus est, mansit que ad vsque Tiberij  
mor-



mortem; cui Caius suffectus, Agrippam non modò a vinculis soluit, sed auitum statim in Regnum restituit, donatum prius aurea catena eiusdem omnino ponderis cum ferrea, quam Tiberius iniecerat.

Chri. Obijt autem Tiberius XVII. Kalen. *Tiber.*  
Ann. Aprilis, anni à Christo nato vndequa *mors.*  
39. dragesimi. De Gaio qui post eum *Caius*  
*De cõs.* Principatum obtinuit, satis sit referre, *hæc*  
*ad E-* quæ scribit Seneca. *hunc, inquit, edi-*  
*lnid.* dit natura, ut ostenderet quid summa  
vicia in summa fortuna possent.

*Ios. lib.* Vitellius post hæc gesturus aduer- *Vitel-*  
*18. c. 7* sus Aretam Arabiæ Regem bellum, *lius Hæ*  
iterum accessit Hierosolymam, *erofoly*  
dæis que in verba Caij noui Principis *mis.*  
adaçtis summum Sacerdotium à Io-  
nata Annæ Filio in Theophilum Fra-  
trem transfert.

At verò profectus Hierosolymam *Paulus*  
Paulus, quamquam triennio iam Chri- *Hiero-*  
stum prædicans, quasi adhuc *spirans solymis*  
*minarum, ac cedis etiam nùm à Di-*  
*ad Ga* scipulis timebatur. profectiois cau-  
*lat. 1.* sam scribit ipse; *ut videret Petrum.*  
mansit autem inibi diebus non amplius  
quindecim quæsitus iterum ad necem  
à Iudæis, quemadmodum antea &  
Damasci.

Hoc eodem anno Petrus Ecclesiam *Petri*  
instituit Antiochenam, septemque il- *sedes*  
lam annos administravit, Syriæ Vrbi- *Antio-*  
bus reliquis antea peragratis. *chia.*

Porro



Porro Agrippa in Regnum sese re- Chri.  
 cipiendi venia à Caio impetrata, ex Ann.  
 itinere Alexandriam cum appulisset 40.  
 regio ornatu, ac satellitio, Flacci Præ-  
 fecti inuidiam in se concinit, ad cuius *Ios. lib.*  
 gratiam Populus Alexandrinus Re 18. c. 9  
 gem Cæsaris familiarem per summam  
 licentiam traduxit. Hebræos, qui ea  
 erant in Vrbe frequentissimi, fortunis  
 exutos, omni cruciatuum, ac suppli-  
 ciorum genere vexauit. In Regnum  
 cum peruenisset, Herodis Patruī haud  
 secius inuidiam incurrit, quem sponte  
 incitatum, Herodias Vxor, Agrippæ  
 Soror, acrioribus in Fratrem agebat  
 stimuli, socordia illi exprobrans, quod  
 Cæsarem sibi demereri neglexisset.  
 his permotus Herodes, Romam ad  
 Caium cum Vxore nauigat. id sen-  
 tiens Agrippa, Romam & ipse Liber-  
 tum mittit cum literis, quibus Patruū  
 apud Cæsarem insinulabat inicitæ cum  
 Artabano Parthorum Rege necessi-  
 tudinis, quo cum occulta consilia agi-  
 taret: armamentarium ad hæc tanta  
 armorum copia referfisse, quæ ar-  
 mandis septuaginta militum millibus  
 sat esset. appulere simul Puteolos, vbi  
 tūm erat Cæsar, Herodes, & Agrip-  
 pæ Legatus, à quo cum literas acce-  
 pisset Caius, his perlectis, interroga-  
 uit Herodem, vera ne essent, quæ de  
 armorum copia scribebantur; nega-  
 re non audentem, quasi de proditio-  
 ne



ne conuictum, Lugdunum in Galliam *Hero-*  
 ablegauit. Tetrarchiam ipsius, Agrip- *dis exi-*  
 pæ adiunxit. in Herodiadem, quod *lium.*  
 Agrippæ Soror esset, mitius agere cum  
 decreuisset, donatamque pecunia in  
 Iudæam remitteret; abnuit illa, cala- *Hero-*  
 mitatem Viri potius, quam Fratris glo- *diadis*  
 riam ferre patiens. enimuerò sapiens *in eum*  
 rerum æstimator, Herodis poenam, *amor.*  
 non tam simultati cum Agrippa, quam  
 iniquæ in Ioannem sententiæ, ac con-  
 temptui Christi Seruatoris tribuet.

Chri. Subindè Petrus, diuino monitu, tra- *Cõuer-*  
 Ann. ducto ad Christi Fidem Cornelio co- *sio Cor-*  
 41. hortis Italicæ Centurione, reliquis *nelij Cõ-*  
*Act.* Gentilibus aditum ad Ecclesiam refe- *turrio-*  
 10. rauit huius Cornelij Domum Cæsa- *nis.*  
 reæ in Templum fuisse postmodum  
 versam, suaque adhuc ætate super-  
 Ep. 27. fuisse Hieronymus tradit. illum verò  
*Marty* Cæfareæ Episcopum post Zachæum  
*rolog.* electum memoriæ proditur. alicubi,  
 2. Feb. sine Authore tamen, traditur Ilij eum  
 Episcopum fuisse.

Petri factum cum improbarent He-  
 bræi, rationem illis reddidit, & diui-  
 num ostentum enarrauit. acquiescen-  
 tibus cæteris, non acquieuit Cerin-  
 thus, eiusque sectatores, quos meri-  
 tò Fidelium Ecclesia vt hæreticos dam-  
 nauit. Hoc eodem anno, ex magis *Mat-*  
 recepta Patrum sententia, omnium *thaus*  
 Euangelistarum primum Matthæum *Euäg.*  
 hebraicè scripsisse Euangelium con- *scribit.*  
 stat.



22 *Epit. Annal. Eccles.*

stat. quod translatum à se in græcum *Hier.*  
sermonem Hieronymus tradit. *de scr.*

*Pila-* Pilatus interim ærumnis in exilio *eccl. in*  
*tus se* confectus, sua se manu conficit. *Vi. Matt.*  
*ipsū oc* tellio in administratione Syriæ *Petro-*  
*cidit.* nius subrogatur, iubeturque Cæsaris *18. c.*  
Statuã ad Colossi magnitudinẽ in sa- *10.*

*Petro-* cro Hierosolymorum Templo collo-  
*nus Sy* care; id cum perficere, grauissimæ se-  
*ria Pra* ditionis metu, cunctaretur, impoten-  
*ses.* tis Principis indignationem ita incur-  
rit; vt literas ab eo acceperit, quibus

pœnam anticipare, sibi que vim infer-  
re iuebatur. prestò fuit homini iusto  
Deus, qui Tyrannum, antequam gra-  
uius aliquid statuere in eum posset,  
de medio sustulit, sed hæc postmodum  
accidere. Iudæi, qui Alexandria arant,  
ad idem sacrilegium cogebantur. er-  
gò, quò Caium ab insano consilio, si

*Iudæo-*  
*rū ad*  
*Caiū*  
*legatio*

fieri posset, reuocarent, legationem  
ad eum adornant; cuius princeps fuit  
Philo Iudæorum sapientissimus, qui  
eam scriptis tradidit. Alexandrini vi-  
cissim Ciues Appionem Virum diser-  
tum ad idem pro se munus obeūdum  
deligunt, cuius non tam eloquentia,  
quam proiecta in vanissimum Princi-  
pem assentatio effecit, vt Iudæorum  
Legati contemptui haberētur, & tan-  
tùm non cum iniuria arcerentur. Philo  
animum ita non despondit, vt suos po-  
tius bono esse animo tum maximè iu-  
beret; Deum enim Tyranni vitia diu-

tius

*Chri.*  
*Ann.*  
*42.*



tius non passurum. admissi demum au-  
ditique in hortis, siue ad Agrippæ, qui  
tùm Romæ erat, preces, siue ad irrifio-  
nem; cur à suilla abstinerent, cur alia  
pleraque præter aliarum Gentium mo-  
rem agerent, tùm de alijs id genus nu-  
gis interrogati, nihil certi ad rem suam  
retulerunt. constat autem, Philonem

*Hiero.* iterum Romam venisse sub Claudio, *Philo-*  
*de ser.* ac cum Petro Apostolo amicitiam *nis cū*  
*eccl.* contraxisse. vtrum autem (quod quæ- *Petro*

ri ab aliquibus solet) Philo Christiani *amici-*  
nominis fuerit studiosus, non est faci- *tia.*

le ex eius scriptis decernere. sanè de

Christianis numquam meminit, quæ

que de eorum vitæ ratione sub nomi-

ne Essæorum tradit, in suæ Gētis glo-

riam scripsisse potius videtur. Cæte- *Diui-*

tum immane quantum hoc tempore *na in*

Iudæos vbique diuina vltio exagita- *Iudæos*

uerit: præter enim ea, quæ apud Pa- *ulio.*

lestinam, quæque apud Ægyptum,

*Iof. lib.* ac Romæ perpeffi sunt. vna in Vi- *be Iudæo-*

*18. c.* Seleuciæ, conspirantibus in eos Græ- *rū clar-*

*12.* cis cum Syris, supra quinquaginta *des.*

ipforum millia trucidantur.

*Chri.* At Caius, cum imperasset annos *Cali-*

*Ann.* prope quatuor, conuratione Du- *gula*

*43.* cum, qui Prætorianis militibus præ- *mors.*

erant, omnium ex voto, non tantum

*Iof. lib.* Hebræorum, extinctus est; quo sub-

*19. c. 1* lato, per summum fortunæ ludum,

*Dio. l.* Claudius Patruus, contemptui antea *Clau-*

*59.* à Cato Principe, ac Ciuibus habi- *dus*

tus, *Imp.*



24 *Epit. Annal. Eccles.*

tus, dum, odio sanguinis, peti se ad *Suet.*  
necem timet, ac latebras idcirco quæ- *in Caio*  
ritat, ad summum humanæ foelicitatis *c. 59.*  
fastigium ab iisdem militibus rapitur.

*Iudais* inter prima Imperij rudimenta, Agrip-  
*fauet.* pam Regem, Fratremque illius, He-  
rodem pariter nuncupatum, donis  
cumulat, Ditionibus auget. Hebræ-  
os, siue in eorum gratiam, siue in-  
genij mitioris suasu priuilegijs vbi-  
que munit, edictis tutatur. Quod ad *Act.*

*Chri-* res pertinet Christianorum, magna, *II.*  
*stiani* hoc tempore facta est ex Gentilibus *Ign.*  
*nomi-* ad eos accessio, Antiochiæ in primis, *ep. 7.*  
*nis ini-* vbi Christianorum nomen vsurpari est *Naz.*  
*tium.* captum. *deprof.*

Hoc eodem anno Edessa cum suo *Christ.*  
Rege Abagaro Christiana suscipit sa- *in Mat*  
*Ab-* cra, Thadeo administrante, siue is *c. 10. l.*  
*garus.* Apostolus fuerit, vt placet Hierony- *1. c. 13*  
mo, siue ex LXXII. vt Eusebius tra-  
dit.

*Chri.* Eodem ferè tempore Agrippa Rex *Agrip-*  
*Ann.* patriæ Religionis obseruantissimus, *pe per-*  
*44.* haud ægrè sibi persuaderi permisit à *secutio*  
*Act. 12* Christianorum hostibus, vt regia au-  
*Eus. l.* thoritate crescentem eorum nume-  
*2. c. 8.* rum, atque existimationem compe-  
sceret. *misit itaque manus* (inquit Lu- *Iacobi*  
*cas)* vt affligeret quosdam de Ecclesia. *Apost.*  
*occidit autem Iacobum Fratrem Ioannis* *maria-*  
*gladio. videns autem* (pergit sacer Hi- *rium.*  
*storicus) quod placeret Iudais, apposuit*  
*apprehendere & Petrum. ratus si fun-*  
*da-*



damenta conuelleret, totum ædificium ruiturum. oratio autem fiebat ab Ecclesia sine intermissione pro eo, utpote communi, ac supremo eius Pastore. neque sanè de alijs Apostolis sollicitam adeò fuisse Ecclesiam legimus. custodiebatur autem Petrus à quatuor quaternionibus militum vinc-tus catenis duabus, quæ ad Angeli vocem illum excitantis, cecidere de manibus eius, quemadmodum, & ferrea porta vltro patuit. igitur Petrus, sic liber factus, sollicitum de se gregem inuisit. quo autem pacto illæ ipsæ catenæ seruatæ, & quatuor de-

*Apud* *Sur. I.* *Aug.* *Petri* *catenæ*  
 mum post sæcula, Theodosio Iuniore imperante, inuentæ fuerint, suo loco referemus.

Egressus autem Hierosolymis Petrus, perrexit in Phœniciam, indè-que Antiochiam, alijs item Urbibus ex itinere perlustratis, earumque Episcopis consecratis. Consilium iam inierant Apostoli extrà Palestinæ terminos Euangelium disseminandi: igitur Agrippæ eos persecutio impulit

*Ruff.* *in præf.* *ad Sy-* *mbol.* *Hier.* *ep. 61.* *Aug.* *serm.* *Symbo-* *lum* *Apost.*  
 ad destinatam profectionem maturandam. porrò ne quod doctrinæ inter ipsos dicrimen esset (quamquam omnes vnus Spiritus edocuerat) Fidei summa capita, breuem veluti in formulam coacta, ediderunt, quam Symbolum vocarunt. siue quod ipsorum quisque suum veluti symbolum in-



vnum contulerit, siue quod ea formu- *Leo ep.*  
 la symbolum esset, ac veluti tessera 96.  
*Apost. diuisio* Christianorum. Quò verò eorū quis- *Iren l.*  
 que profectus sit, quoad licet ex vete. 3. c. 1.  
 tum Patrum monumentis referemus. *Tert.*

Principiò constat, Petrum Apосто- *de pra-*  
 lorum Principem post Ecclesiam, vt *scr.*  
 diximus, Antiochiæ institutam, Ro- *Cipr.*  
 mam, Urbium Principem, accessisse. *de un.*  
 id cum exploratissimum sit, quidam *Eccl.*  
 tamen ex nostri sæculi Nouatoribus, *Euseb.*  
 per summam impudentiam, ac con- *Chron.*  
 tradicendi libidinem, negare ausi sunt. *Arno.*  
*Petrus* venisse autem hoc secundo Claudij *adu.*  
 anno plerique omnes tradunt. quan- *Gent.*  
 tum verò illi fuerit enitendum, vt no- *Laët. l.*  
 ua dogmata imbutis superstitione, 4. c. 21  
 mentibus insinuaret, ex odio Populi  
 in Iudæos, quales & Apostoli habe-  
 bantur, tum ex vitio tum ea in Vrbe  
 copia, ac veluti colluie, conijcere  
 vnusquisque potest.

*Ioānes* Ioannem profectum in Asiam, sep-  
 temque inibi Ecclesias, quas in sua,  
 ipse Apocalypsi recenset, instituisse  
 constat; quamquam Ephesios prior  
 Paulus edocuit. porrò Ioannem haud  
 semper ea in Prouincia fuisse, sed alias  
 quoque ad Orientem Regiones pe-  
 ragrasse, exploratum est.

*Andre-  
 as.* Andream ad Scythas missum tra-  
 dunt, indeque in Græciam profectum,  
 Patris, Achaiaë Vrbe, Martyrium con-  
 summasse.

Phi-



Philippus Asiam superiorem exco-  
luit, Scythiæ quoque partem pera-  
gravit: Hierapoli tandem nonagena-  
rius Martyrium subiit.

Philip-  
pus.

Thomas ad Parthos primum pro-  
fectus, ad Indos postea penetrauit.

Tho-  
mas.

Bartholomæus, post Maiorem Ar-  
meniam Euangelio imbutam, Lycao-  
nes, ac citeriores Indos edocuit.

Bartho-  
lomæus

Matthæum ad Æthiopes profectū,  
plerique omnes tradunt.

Mat-  
thæus

Iacobus, qui Minor dictus est, ac  
Frater Domini (nam Iacobum alte-  
rum Agrippæ iussu iam cæsum dixi-  
mus) Hierosolymorum Episcopus,  
substitit Hierosolymis.

Iaco-  
bus.

Simon Cananæus, qui Zelotes di-  
ctus reperitur, quem Iudam quoque  
appellatum tradunt, in Mesopotamiam  
Euangelium detulit, alij addunt in  
Ægyptum, in Africam, atque adeò in  
Britanniam, sed nullo veterum testi-  
monio firmant.

Simon.

Iudas porrò, qui & Thadæus dictus  
est, & ipse in Mesopotamiam profe-  
ctus, Arabiã inde petijt, ac Idumæam.

Iudas.

De Apostolorum rebus præclarè ge-  
stis, vix certi aliquid affirmare fas est.  
multa etenim de his leguntur apo-  
crypha. quid quod etiam commen-  
tarij complures eorum cõscripti olim  
nomine circumferebantur, qui, amif-  
sa paulatim fide, periere. horum nu-  
merum, & argumenta ab Authore,

Licri  
apo-  
chry-  
phi.



qui eos recenset, petere curiosus Lector poterit. neque Apostolis tantum, alijsque Viris Sanctissimis perdit homines aspidum, ut aiunt, oua supposuerunt, verum etiam, quod immane dictu est, Christo Seruatori: eiusmodi erat liber de Magia ad Petrum, ac Paulum, de quo Augustinus meminit, ac patentissimi mendacij arguit. quæ de Simone Mago mira Romanæ patrata dicuntur, ob quæ Statuam, & diuinos adeptum honores ferunt, Iustini, qui non longè ab eo sæculo absuit, testimonio comprobantur; & confirmat Irenæus, alijsque vetusti Authores. hunc Petri virtute profligatum constat, quod postea sub Nerone accidit.

*Simon Magnus.* De cõf. Euãg. l. i. c. 9. Apol. ad An. 1. c. 20. Euf. l. 2. c. 12. A. 1. 1. Euseb. chron. Dio. l. 60. Ios. l. 20. c. 2. Oros. l. 7. c. 6. Ado. chron.

*Anno- na ca- ritas.* Hoc eodem anno maxima annonæ caritas Orbem vniuersum vexauit. Quo tempore, ut Iosephus tradit, Helena Adiabenorum Regina cum Izate Filio hebræa suscepit sacra, aliorumque inopiam apud Hierosolymam frumento, ac pecunia subleuauit. Orosius, ac alij ex nostris Christiana illos sacra suscepisse affirmant. & sanè quæ idem addit Iosephus de præcepto Circumcisionis inquisitionem vocato, hoc ipsum facile persuadent. Huiusmodi annonæ caritas morem in Ecclesiam inuexit, Collectas pro pauperibus indicendi. hinc multi D. Leonis Papæ Sermones incri-

*Colle- ta.*



inscripti leguntur *pro Collecta*. porro morem istum laudabilem, Byzatiæ cum exoleuisset, D. Chrysofostomus reuocauit, deque ea re luculentam habuit concionem, quæ autem conferebatur pecunia, in Pupillos, ac Viduas diuidi consueuerat, quod tradit D. Cyprianus: his Iustinus, ac Tertullianus addunt morbosos, naufragos, carceri mancipatos, & his similes.

De op.  
eleem.  
Orat.  
ad  
Ant.  
Apol.  
c. 19.

Paulus interim, ac Barnabas cum pecuniam hac ratione collatam Hierosolymam detulissent, reuersi inde Antiochiam, Dei monitu, deferendo ad Gentes Euangelio, à cæteris segregantur, ac consueto ritu consecrati, inter Apostolos recensentur. *Hic multa Ordines. Author refert de Ecclesiasticis Ordinibus, illorumque institutione, distinctione, ac ministerio, docetque Christianos ritus ex Hebrais multos, multos ex Gentilibus laudabiliter in Ecclesiam fuisse translatos, quicquid Ecclesia Hostes oblatrent.*

Paulus  
ac Bar  
nabas.

Sacri  
Ordines.

Hoc ipso tempore, inito annorum calculo; Paulum in cælum raptum, affirmandum est.

raptus.

Chri.  
Ann.  
45.

Quo tempore Petrus Apostolorum Princeps, Romam haud ita pridem delatus, Cathedram ibidem fidra Regit Pontificiam, cuius rei memoria in Ecclesia adhuc recolitur. Sanè Patrum conciones, quas in eius diei celebritatem perorarunt, celeberrimum

Petri  
Cathedra  
Re

ma.



num fuisse illius in Ecclesia cultum ostendunt. Porro de Romana Sedis prerogativa, ac dignitate, multa ex Patribus hoc loco Author opportunè congerit.

At quemnam Ecclesiæ Antiochenæ Euf. Episcopum Petrus sibi Successorem *chron.* dixerit (dissentibus Authorum senti- *& hist.* tentijs) Ignatiumne, an Euodium, *l. 3. c.* haud satis exploratum est; quamquam *16.* ipsemet Ignatius dirimere litem vi- *Chryf.* detur, qui sedisse se post Euodium fa- *de trā-* retur. Sunt qui putent Euodium à Pe- *stat.* tro, Ignatium à Paulo institutos, il- *Ignat.* lum ut Iudæis, hunc ut Gentilibus *Hier.* inibi præessent, cum de Circumcisio- *de scri-* ne dissidium non dum esset composi- *pt. in* tum. cæterum eo demum veluti di- *Ign. &* stinctionis pariete sublato, alterum *ep. 12.* loco cessisse, quem Ignatium fuisse affirmant.

*Prima* Hoc eodem anno Petrus suam pri-  
*Petri* mam Epistolam scripsit Romæ, quam  
*episto-* Babilonem appellat. porro cum in  
*la.* fine illius eos, ad quos datur, Aposto-  
lus admoneat, ut salutent se inuicem

*Oseu-* in osculo pacis; eruditè admodum Au-  
*landi* thor hic differit de huiusmodi consue-  
*mos.* tudine, etiam apud Romanos vigente.

*Mar-* Eadem in Epistola vocat Marcum *Euseb.*  
*cus E.* Filium suum, hunc haud ita multo post *chron.*  
*uāge-* Alexandrinæ Ecclesiæ præfecit; cæ- *& hist.*  
*lium* terum antequam illuc pergeret, Apo- *l. 2. c. 4*  
*scribit.* stolo dictante, Euangelium scripsisse  
pleri-



Hier. plerique tradunt. vtrum autem lati-  
 de sc. nē, an Græcē, non æquē exploratum  
 Chryf. est. eorum tamen sententia magis ar-  
 hom. ridet, qui latinē scriptum conten-  
 I. in dunt. porrò quod Petri interpres  
 Matt. Marcus dicatur; *huiusmodi sumpta Quid*  
*occasione Autor quarit quid nam esset loqui*  
*loqui linguis, quid prophetare.* Illud linguis  
 notatu dignum; hoc ipso anno, quo & pro  
 Roma christianis sacris imbuitur, pheta-  
 Dio. l. Claudium, non nisi impellente Nu-  
 60. mine, multa profana sacrificia ab-Clau-  
 rogasse. mandasse insuper, vt Caij dij edi  
 Statuæ tollerentur, ac numismata, *sta.*  
 cum eius Imagine conflarentur. vt  
 qui Statuas in Templis habere voluit  
 vt Deus, neque vt Princeps haberet  
 in Foris.

Chri. Firmata iam Romana Sede, æquum  
 Ann. erat, vt Petrus, cui vniuersi gregis  
 46. cura erat credita, ad reliquas Or-  
 bis Regiones, occidentales præfer-  
 tim, ad quas Apostoli non peruene-  
 rant, animum adijceret. Habuere  
 itaque ab Apostolo institutos Episco- *Creati*  
 pos Sicilia Pancratium, Marcianum, *à Petro*  
 Berillum, ac Philippum: Capua Cri- *Episco-*  
 spum: Neapolis Asprenatem: Terra- *pi.*  
 cina Epaphroditum: Æquicolæ Mar-  
 cum, alium tamen ab Euangelista:  
 Ptolomeum Nepe: Romulum Fesulæ:  
 Luca Paulinum: Rauenna Apollina-  
 rem: Eupropium Verona: Prosdo-  
 cimum Patauium: Ticinum Syrum:



Aquileia, post Marcum Evangelistam, Ermagoram. apud Galliam Lemouicenses, Tolosani, ac Burdegalenses Martialem: Remenses Xistum: Arelatenses Trophimum: Senonenses Sabinianum: Cenomanenses Iulianum: Bituricenses Vrsinum: Aruernenses Austromonium: Sanctonenses Eutropium: Tungrenses, & Colonienses Maternum: Vienna, ac Moguntia, Crescentem: Catalaunum Memmium: reliqua Germania Eucarium, Ægistum, & Marcianum: Hispania Torquatum, Cthesiphontem, Secundum, Idalterium, Cæcilium, Æsichium, Euphratium, & alios. in Britanniam quoque, Petri opera, Euangelium penetrasse ferunt; haud mirum, cum anno superiore, eam Claudius deuicerit. multa prætereà addi possent; verùm quia non æquè explorata sunt, consulto omittimus. quantum verò temporis Petrus tùm Romæ fuerit, receptior ea videtur sententia, vt vsque ad annum eiusdem Claudij nonum, quo, eius edicto, Iudæi Roma sunt pulsi. sed de his infra dicendum

*Agrip- pa mors.* erit. Ineunte eodem hoc anno Agrip- *Act. 12*  
*pa Iu- nior.* pa Herodes Iudæorum Rex miseran- *10f. l.*  
do interitu, vermibus consumptus, vi- *19. c. 7*  
ta functus est; cū annos regnasset om-  
ninò septem. eius tùm Filius, eiusdem  
cum Patre nominis, Romæ erat apud  
Claudium vix pueritiam egressus; pro-  
indè



indè non statim eum in Regnum remisit, sed Cuspium Fadum illuc cum imperio ablagavit. Herodi Fratri Chalcididis Regi imperiũ in res sacras concessit, quo ille vsus iure, statim summo Pontificatu Matthiæ adempto, alium illi subrogavit.

Chri. Paulus, & Barnabas pulsi Antiochia Pisidiæ à Iudæis ægrè ferentibus  
Ann. eos cum Gentilibus versari, accesserunt  
47. Iconium Urbem Lycaoniæ, vbi  
Act. haud dissimilia, pari de causa, passi  
14. sunt, quæ, quia indicata tantũ in sacra  
2. ad Historia, fusè narrantur in Actis  
Tim. 3 Theclæ Virginis, meritiò *Author huius S. Theclæ Virginis hic laudes refert ex Patribus, eadẽque Acta Apochrypha à nonnullis habita, ab omni nota vindicat.*

Chri. cum recessissent, venerũt Listram eiusdem Prouinciæ Urbem. ibi, vt supra  
Ann. retulimus, ob miraculum à Paulo perpetratum, habiti pro Dijs sunt. neque  
48. hic stetit superstitio, vel admiratio, *Paulus, ac hic stetit superstitio, vel admiratio, Sacerdos quippè Iouis, qui erat ante Cuiusdam pro tatem, Tauros, & coronas ante ianuas Dijs offerens, volebat sacrificare. quod vbi habiti. audierunt Barnabas, & Paulus conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes, & dicentes, Viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines. hæc Lucas. sed enim quàm facilè Populus in diuersa trahatur, hinc planè perspicuum factum est. illi ipsi, qui Apostolos adorandos pau-*



*Pau-* lō antē censuerant, ecce tibi ad Iu-  
*lus la-* dæorum nescio quorum, qui Iconio,  
*pidat-* atqne Antiochia venerant, crimina-  
*tur.* tionem, ex his alterum, hoc est Pau-  
 lum, lapidibus obruere voluerunt: &  
 sane obruissent, ni eum Discipuli,  
 suorum obiectu corporum, tutati fu-  
 issent.

Ad hunc annum refert Eusebius Vir- *Euseb.*  
*Deipa-* ginis Deiparæ Assumptionem. *verum Cron.*  
*re As-* quia de hoc multi aliter sentiunt, eo-  
*sūptio.* rum sententias licet nullo certiori argu-  
 mento fultas, sed ex revelationibus, aut  
 coniecturis petitas suo more Author, re-  
 latis Scriptorum verbis, in disquisitionem  
 vocat. feruntur epistolæ quedam  
 eiusdem Dei Genitricis nomine datæ  
 ad Ignatium vnâ cum illius ad Virgi-  
 nem responso. ad Ioannem quoque  
 Euangelistam duæ; sed haud dubiè in-  
 ter apochripha numerandæ sunt.

Hoc eodem anno Cuspius Fadus  
*Stola* Iudææ, vt diximus, Procurator, Iu-  
*Ponti-* dæis negotium exhibuit super Stola,  
*ficia.* sacerdotali indumento sanctiori. hanc  
 Herodes in Templo à Pontifice ad-  
 seruari solitam, Fidei veluti obsidem,  
 inde sublatam, sibi custodiendam du-  
 xit in Arce Antonia. eo autem vita  
 functo, Iudæi iterum permisu Vitellij  
 Syriæ Præsidis, receperunt. tunc Fa-  
 dus eadem, qua Herodes de causa  
 ab Iudæis renuere non audentibus,  
 extorquere eam voluit, hi ab eodem,

vt







Christianam Religionem notans) su-  
perstitiones inualescerent, vetustissi-  
mam Aruspicum disciplinam restituen-  
dam curavit.

*Hero-* Subindè Herodes Rex Chalcidis, Chri-  
*dis A-* Agrippæ Frater, quem Claudius in Ann.  
*grippæ* suis literis amicissimum sibi esse profi- 50.  
*frarris* tetur, moritur: eius Regnum Iuniori  
*obitus.* Agrippæ attribuitur.

*Iudao-* Res interim accidit memorabilis.  
*rū tu-* die quarta Paschalis Festi Miles qui-  
*mul-* dam Romanus, ex his, qui prò Tem-  
*245.* plo erant, frequentissimo inibi Popu-  
lo, per contemptum, nudata osten-  
dit genitalia. ea re Populus commo-  
tus, tumultu excitato Cumanum Du-  
cem conuicijs incessabat, nec vide-  
batur ab iniuria temperaturus. tùm  
Cumanus iussit milites in Antoniam  
instructo agmine se recipere. Populus  
ratus se ad necem peti, ita promiscuè,  
ac veluti conglobatim per angusta-  
viarum se proripuit, vt mutuo impul-  
su proculcati, ac triti, mortalium ad  
viginti millia interierint. ex his au-  
tem, qui eo in tumultu aufugerant,  
quidam, agmine facto, Stephanum Cæ-  
saris Seruum centeno circiter ab Vr-  
be stadio hostiliter diripiunt. hoc nun-  
ciato, Cumanus mittit, qui iniuriam  
vtcumque vlciscantur, & obuium  
quemque vicissim cædant, ac prox-  
imos diripiant Vicos. hoc dum pera-  
gunt, Miles quidam libros Mosaicos  
inuen-







cumcisionis præceptum, permissum-  
 que vesci animalibus omnis generis  
 nulla mundi, aut immundi habita ra-  
 tione. mirum tamen, etiam tùm à  
 primordijs ipsius Ecclesiæ visum est,  
 cur non item præceptum abstinentiæ  
 à sanguine animantium, sit antiqua-  
 tum; quin potius expressè cautum,  
 suadente Iacobo, à suffocato, & san-  
 guine abstinentum esse. hoc ita ab-  
 surdum visum est, vt ex antiquiori-  
 bus Patribus quidam putarint absti- *Iren. l.*  
 nentiam iniunctam à sanguine intelli- *3. c. 12*  
 gendam esse de abstinentia ab huma- *Ter-*  
 no sanguine effundendo, verbum au- *tull. de*  
 tem additum (*& suffocato*) esse sup- *pu- dic.*  
 posititium, & ex Apostolorum præce- *c. 12.*  
 pto nequaquam appositum. verum *Cipr.*  
 re accuratius perpenſa, ex receptiori *ad*  
 Patrum sententia statuendum est, re *Quir.*  
 vera fuisse tum cautum, vt non solum *lib. 3.*  
 à fornicatione, & Idololatria abstine- *in fin.*  
 re quisque deberet, verum etiam, re-  
 tento Moysis præcepto, à sanguine,  
 & suffocato; hoc est ab animantium  
 sanguine tam effuso, quàm ex suffo-  
 catione in ipsis animantibus residen-  
 te. id autem ea ratione cautum, ne,  
 abrogata Circumcisione, & alijs, ex  
 præceptis Legis, Iudæi scandalum pa-  
 terentur, & à Christi Fide omnino ab-  
 horrerent. quod docet in primis Au- *Cont.*  
 gustinus, elegantique comparatione, *faust.*  
 de duobus parietibus vnum in angu- *lib. 32.*  
 lum *c. 13.*



lum coeuntibus, declarat, adeo autem Apostolos hæc cura coquebat, ne, ex abrogatione legis, & consuetudine cum Gentibus, & veluti indulgentia in illos, offenderentur Iudæi; ut Petrus ab eo Concilio Antiochiam cum venisset, nescio qua simulatione, consuetudinem cum Gentibus deuitaret. quod à Luca in Apostolorum Actis prætermissum, Paulus his verbis docet. *Cum autem venisset, Cephas Antiochiam, restiti ei in faciẽ, quia reprobabilis erat. prius enim, quàm venirent quidam à Iacobo. cum Gentibus edebat, cum autẽ venissent, subtrahabat, & segregabat se timẽs eos, qui ex circumcissione erant. quo pacto autem Paulus à procacitatis, Petrus à simulationis culpa vindicentur, non est ex nostro instituto recensere.*

*Ad Galat. 2.*

Sanè hic locus adeo est scaber, ut neque Augustinus, ne dum alij inferioris notæ Scriptores inoffenso eum pede pertransferit. hac de causa inter ipsum, ac Hieronymum, vltro citroque datis literis, magna contentione certatum est.

*Cõten-  
cio Pe-  
tri, ac  
Pauli.  
  
Cõten-  
tio Hiero-  
ny-  
mi, &  
Augu-  
stini.*

*Ad. 15.*

His Antiochiæ peractis, Paulus, ac Barnabas reuisere decreuerunt Ciuitates, in quibus verbum Dei prædicauerant. hic alia inter Paulum, ac Barnabam orta contentio est; volente Hoc secum adducere Ioannem cognominatum Marcum, Paulo autem

re-



negante recipi debere, cum antea renuisset *cum ipsis* ( vt ait ) *in opus ire*. ea de causa Paulus, & Barnabas seorsim discesserunt; Hoc quidem adducente secum Marcum, illo verò, Silam. hic quoque videnda essent, quæ Patres asserunt, Chrysostomus in primis, vt vtrumque Apostolum ab omnis suspicione culpæ immunes doceat.

*Hom.*  
34. *in*  
*Act.*

*Peruenit autem Paulus* (inquit Lucas) *in Derbem, & Listram, & ecce Discipulus quidam, qui erat ibi nomine Timotheus.*

*Act.*  
16.

*pulus quidam, qui erat ibi nomine Timotheus. motheus Filius Viduæ fidelis, Patre Gentili, hunc voluit Paulus secum proficisci, & assumens circumcidit eum propter Iudæos.* quis non miretur Paulum, qui tantoperè de abroganda circūcisione laborauit, quique Petrum paulò antè simulationis hac ipsa de causa visus est arguere, in eandem nunc simulationis notam spontè impingere? huius tamen rei rationem reddunt inter alios Chrysostomus, & Augustinus, quos require. Post hæc Paulus per visionem ( vt ait Lucas, qui per idem tempus ei socius accesserat ) monitus, profectus est in Macedoniam,

*Hom.*  
34. *in*  
*act. De*  
*mend-*  
*ad Co.*  
*sent.*

*Paulus moratusque Philippis eius Prouinciæ*

5.

*virgis Vrbe, virgis inibi cum socio Sila Magistatuum iussu cæsus, carceri addi-*

*Act.*  
16.

*ctus est. cum autem intempesta nocte orarent ambo, terræmotu facto, carcer apertus est, quo animaduerso carceris Custos voluit seipsum occidere,*



dere, existimans vinctos aufugisse, inhibitus autem à Paulo, qui in carcere perstiterat, diuino instinctu vna cum familia Christi Fidem suscepit, lauit- que (inquit Lucas) plagas eorum, & baptizatus est ipse, & omnis domus eius continuò. cum autè Magistratus mandassent eos dimitti, tùm demùm Paulus Ciuem se Romanum professus est. abijtque Thessalonicam, vbi post multos ad Christi Fidem perductos, à Iudæis quasi seditionum Author accusatus, quæsitusque ad poenam, aufugere coactus est. *Act. 17. 1. ad Thes. 2*

Ea ex fuga Baroëam se contulit, inde. *Christi.*  
*Paulus* que Athenas, vbi, in ipso Areopago, *Ann.*  
*Athe-* causam dicere iussus, opportuno sum- *52.*  
*nis.* pto argumento doctissimè perorauit.  
inter alios quos Christo Athenis ad-  
*Diony-* iunxit, fuit Dionysius Areopagita, de  
*sus A-* quo alibi erit sermo. Porro, qua hic  
*reopa-* fusè, ac eruditè tradit Author de Areo-  
*gita.* pago, deque Ignoto Deo, ex eo pete.

Athenis Corinthum profectus, *Act.*  
perstitit ea in Vrbe sexquiannum: ibi *18.*  
(quod & alibi fecisse constat, & fa-  
*Ars sce* teri ipse non erubescit) scenofactoria  
*nofacto* arte, ne Fidelibus grauis esset, victum  
*ria.* sibi comparare consuevit. erat autem  
ars hæc consuendi pelles ad taberna-  
cula militaria: huiusmodi enim tunc  
materia, vt habemus ex Tacito, tento- *lib. 13.*  
ria constabant. hic verò cum Iudæos  
ad Christi Fidem incassum diutius hor-  
tatus



tatus esset, excutiens, de more, vestimenta sua . ad Gentiles animum adiecit. quamuis autem Lucas (forte tunc absens) Pauli gesta Corinthi paucis perstringat, multa illum scitu digna, atque admiranda operatum esse, par est credere: ipse in suis sanè epistolis ad Corinthios postea datis, meminit de signis, prodigijs, & virtutibus.

*Claudius  
Neronem  
adoptat.*

Extincta sub idem tempus Messalina, Claudius, omine haudquaquam meliori, Agrippinam ex Germanico Fratre Neptem, Vxorem ducit, Filiumque ipsius Domitium, qui Nero dictus est, malo suo, atque Orbis facto, adoptat.

Corinthi moram adhuc trahens Chri. Paulus, alteram ad Thessalonicenses Ann. dedit epistolam, cum primam indi- 53.  
dem superiori ad eos anno dedisset. in hac cum Apostolus Thessalonicenses hortetur ad tenendas traditiones, quas didicerant siuè per sermonem. siuè per epistolam; *oppositè Author multa, etiam ex Profanis, disputat de Traditionibus, & Lege nō scripta contra Nouatores, qui nisi Verbo Dei scripto fidem habendā negant, quo dogmate Ecclesia praecepta, ac Sacramēta, sacrasque omnes caeremonias, cōuellunt.*

Hoc tempore L. Iunius Gallio, Annæi Senecæ germanus Frater, Prouinciam Achaiaë Proconsul regebat; ad eius Tribunal adductum Paulum Iudæi



dæi acrius cum accusarent, eos repulit, professus de eorum quæstionibus, ac Religione nolle cognoscere.

Chri. Ann. 54. Act. 15. Gal. 4. Tum Corinthijs, Apostolus, valere iussis, Ephesum venit, dein Cæsaræam Palestinæ, mox Antiochiam; & vestigia veluti relegens, Galatia, ac Phrygia anni ferè spatio peragratis, iterum Ephesum accessit; à Galatis, vt ipse testatum reliquit, summa cum charitate, sicut Angelus Dei exceptus est, haud dubiè etiam ab alijs.

Eus. in Chron. lib. 12. Interim Philippus Apostolus Hierapoli Asiæ Vrbe, Cruci affixus, lapidibus obruitur.

Philip  
pi Apo.  
marty

Hoc anno, vt ait Tacitus, S. C. Italia pulsi Mathematici, inuisum Principibus genus hominum; ea autem id factum de causa, quod Iunius Scribonianus mortem Principis per eos scrutatus esset.

rium.  
Mathe  
maticè  
Italia  
pulsi.

Chri. Ann. 55. Act. 19. Ephesum Apostolus secundo cum venisset, triennio ibidem substitit virtutes interim admirandas operatus; ita vt etiã super languidos deferrètur à corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebãt ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. vides hic cultum sacrarum Reliquiarum in Ecclesia receptum, miraculis comprobatum, & ab Euangelistis testatum; rû requicquid Nouatores obloquantur sequuti Eunomium, ac Vigilantium eadem antea pice inquinatos. hic An-  
tha-

Cultus  
sacra-  
liquia

tha-



thorem ipsum consule de sacrarum reliquiarum cultu, data occasione, fusius differentem. Antequam Paulus Epheso recederet, Iudæi quidam, inter quos Scæuæ Principis Sacerdotum Filij, siuè ad lucrum, siuè ad gloriam, existimarent posse se in Christi nomine, quem Paulus predicabat, malos Dæmones ab obsessis pellere; experimento facto, audiuerunt à Dæmone, *Iesum noui, & Paulum scio, vos autem qui estis?* tum ab obsesso, qui in eos toris viribus insiluit, male mulctati, semineces abierunt. consueuisse autem apud Hebræos Principis Sacerdotum Filios Exorcistas agere ex arcanis quibusdam Salomonis Regis præceptionibus, tradit Iosephus, qui huius rei experimentum insigne se vidisse ait, cum quidam Eleazarus coram Vespasiano Principe, ac Filijs hoc factitaret.

Chri.  
Ann.  
56.

Act. 19

Lib. 8.

c. 2.

de Bell.

lib. 7.

*Vsus exorcismi.* quod verò ad exorcismorum usum spectat, multa Author de more hùc congerit. equidem usu olim in Ecclesia receptum constat, vt omnes tam adulti, quàm infantes, exorcismis ad abigendum, si non ex corpore, saltem ex animo Dæmonem, purgarentur, cuius ritus aliquod adhuc in Ecclesia superest vestigium. quoniam verò hic Lucas subdit, ex Filiorum Scæuæ casu, non solum Iudæos, ac Gentiles IESV nomen præconijs extulisse, sed etiam multos credentium venisse confidentes,



tentes, & annunciantes actus suos; Au- Vfus  
 thor pluribus de more probat antiquis- confes-  
 simum in Ecclesia usum sacra Confes- sionis.  
 sionis fuisse, multa ex Patribus doctissi-  
 mè afferens apud eum legenda. Multi  
 autem (subdit Lucas) ex eis, qui fue-  
 rant curiosa sectati, contulerunt libros,  
 & combusserunt coram omnibus. haud  
 dubiè Magicos libros eorum, qui que- Magi-  
 stum exorcismis faciebant. huiusmodi ci libri  
 librorum vsu fuisse olim omnibus,  
 tam apud Romanos, quam apud Græ-  
 cos interdictum, apud Scriprores, &  
 Legum Peritos passim legere vnus-  
 quisque potest, quemadmodum etiam  
 morem antiquum fuisse eos publicè  
 comburendi, quod de omnibus alijs,  
 vtcumque improbatæ lectionis, libris  
 factum constat.

Tertio Idus octobris moritur Clau- Clau-  
 dius ætatis anno LXIV. Principatus dij  
 Paulò minùs XIV. Agrippinæ Vxoris mors  
 dolo veneno ei propinato. quo sub- Nero  
 lato, Nero eiusdem Agrippinæ Filius Imp.  
 Imperium capeffit, annū agens XVIII.  
 tenuitque totidem ferè annis, ac Vi-  
 tricus. perijt vna cum Claudio edi-  
 ctum, aduersus Iudæos, ne in Vrbe  
 agerent, promulgatum; quo & Chri-  
 stiani pulsi fuerāt. visus est nouus Prin-  
 ceptus initio in Hebræos propensior;  
 itaque illis in Urbem redeundi pote-  
 statem fecit, & Regem Agrippam  
 quatuor in Galilea Urbibus donauit.

Eius-

Ad l.  
 Corn.  
 de Si-  
 car. &  
 Venef.  
 l. 4. ff.  
 fam.  
 herci-  
 sc.  
 Cic. de  
 nat.  
 Deo.  
 l. 1.



Eiusdem Agrippinæ dolo, incio Filio, *Tacit.*  
 Iunius Sillanus Asiæ Proconsul vene- *l. 13.*  
 no sublatus est, itemque Narcissus *Dio. l.*  
 Claudij Libertus, qui apud illum pri- *6. in*  
 mum gratiæ locum tenuerat, opesque *fin.*  
 indè maximas congefferat; quod Pal-  
 lanti ideò tunc quidem non contigit,  
 quòd ipsius Agrippinæ cum Claudio  
 nuptias conciliaffet, ex quibus Nero  
 ad Imperium euectus.

Paulus cum tertium iam annum Chri.  
 Ephesi ageret, veniendi Romam con- *Ann.*  
 filium inijt. antequam illinc discede- *57.*

*Pauli* ret scripsit primam ad Corinthios epi-  
*epistol.* stolam ea occasione, quod rescisset  
*prima* contentiones inter illos ortas; Apol-  
*ad Co-* lo enim Vir eloquens, qui apud eos  
*runt.* substiterat, licet eundem Christum  
 prædicaret, apud quosdam Paulo ip- *I. ad*  
 so potior est habitus, ita vt quidam se *Cor. I.*  
 Pauli, quidam Apollo, quidam autem  
 Cephæ, quidem etiam Christi sese,  
 esse pueriliter gloriarentur. hinc ani-  
 maduertendū existimo, eos, qui se Pe-  
 tri, aut Christi esse iactarent, non ideò  
 id dixisse, quòd à Petro, qui Corinthi  
 non fuerat, vel à Christo dum viue-  
 ret, edocti fuissent, sed potius ad eui-  
 tandam veluti scissuram illam, quasi  
 hoc pacto tutius loquentes, si se sum-  
 mi omnium Pastoris, aut verò etiam  
 adhuc tutius si se summi doctrine Au-  
 thoris Discipulos profiterentur. quod *I. ad*  
 autem Paulus succensens homini in- *Cor. 4.*  
 cesti



I. ad cesti comperto, tradere se illum Sa-  
 Cor. 1. tanæ comminetur, hinc vsum excom- *Excõ-*  
 municandi in Ecclesiam receptum Pa- *muni-*  
 tres affirmant. porro de excommuni- *catio-*  
 cationis usu, ac ritu etiã apud veteres nis v-  
 Cæs. de Hebraos, ac Gentiles, ex profanis erudi-  
 Bell. tẽ admodum differentẽ Authorem con-  
 Gall. sule. sanẽ apud Gallos his, qui Drui-  
 lib. 6. darum decretis non paruissent, sacris  
 Dion. interdicebatur. apud Romanos Diti,  
 Alic. aut Diris, si qui deuouebantur, pote-  
 l. 2. rant impunẽ occidi. cæterum non  
 est ignorandum, non nisi in publicẽ  
 peccantes, & contumaces excom-  
 municationis poenam infligi consue-  
 uisse. Hic Author multa pari eruditio- *Sacer-*  
 ne subnectit de iudiciaria Sacerdotibus *dotij*  
 (Episcopis in primis) à Deo collata po- *digni-*  
 testate. qua Sacerdotũ auctoritas apud *tas, &*  
 Hebraos, ac Gentiles quoque fuit omni *pote-*  
 ano maxima, ut multorum testimonio *stas.*  
 I. Cor. 7. probat. iam quòd Corinthij per epi-  
 stolam Paulum consulissent, liceret  
 ne studio, aut prætextu continentia, *Leges*  
 Vxores dimittere, aut castẽ cum eis- *coniu-*  
 dem viuere; respondit non licere nisi *gales.*  
 ex consensu coniugis, aliaque addit  
 ad matrimonij leges, siuẽ ad castita-  
 tem pertinentia. multa verò illis Apo-  
 stolum indulgisse, haud mirum; erant  
 enim Corinthij salacissimi, vt testan-  
 tur quicumque de ipsis Scriptores me-  
 minerunt: argumento sit, quod de  
 illis, tradit Strabo his verbis. *Fanum*  
*Vene-*



Veneris Corinthi ita fuit locuples, ut  
 ris Tēplum habuerit Meretrices; quas Viri, ac  
 Corinthi. Mulieres Dea dedicarunt. infanda,  
 autem eius sacra de quibus Herodo- Hero-  
 tus, & alij; non est nostrum recense- dot. in  
 re. multa hic Author addit ex Profa- Clio.

Ritus nuptiarum, deque sponsali annulo:  
 rum. de Virginitatis laudibus, ac Pauli  
 coelibatu, quæ ex instituto prætermittimus,  
 apud eum omninò legenda. An-  
 nulum porrò, non in nuptijs modò lo-  
 co arrhæ, sed in omnibus alijs pactio-  
 nibus dari vsu antiquissimo consue-  
 uisse, habemus in Sacra Genesi, & Gen.  
 tradit inter alios ex profanis Plinius. 38.

Pergit verò Paulus monere Corin- lib 33.  
 thios, ne qui ex Iudæis vocati sunt, cap. 2.  
 præputium curent adducere, quasi 1. Cor.  
 Circumcisionem damnantes, neque  
 qui ex Gentibus, curent circumcidi,  
 quasi ad salutem id requiratur. hic  
 nonnulla apud Authorem leges de Cir-  
 cumcisione, deque arte quadam, &  
 absurdo quorundam more præputium  
 iterum post Circumcisionem inducen-  
 di, nè à Gentilibus, ad quos descis-  
 sent, dignoscerentur. legem quoque 1. Cor.  
 Apostolus promulgat de alendis ijs, 9.  
 qui Euangeliū annuncient. qua sum-  
 pta occasione his quæ supra de Collectis  
 tradiderat, alia quadam Author ad-  
 dit de huiusmodi pro sacris Ministris  
 obla-



Plaut. oblationibus, ac de Decimis offerendis, Deci-  
 in Sti. quarum usum apud omnes Nationes ma.  
 co. antiquissimum fuisse contendit. Fuisse  
 Cic. de quidem tum profusas Christianorum  
 nat. largitiones ex eo constat, quod non  
 Deo. solum Clerici ex his victitarent, sed  
 l. 3. multi etiam pauperes, in quos eas  
 Xenoph. in Clerici diuidebant. donaria etiam iam  
 in tiro tum Ecclesijs magni precij confere-  
 l. 5. bantur, ita vt non modo sacra vasa, sed  
 lucernæ quoq. essent argenteæ, & hæc  
 quidem gliscentibus persecutionum  
 tempestatibus. reddita verò Ecclesiæ  
 pace, & regnantibus iam Christia-  
 nis Principibus, siue ipsorum Prin-  
 cipum, siue priuatorum hominum li-  
 beralitate, immanè quantum in Ec-  
 clesias, earumque Ministros huius-  
 modi creuerint largitiones.

Cum his, quas diximus, legibus  
 Corinthios Paulus imbuisset, de Mu-  
 lieribus illud statuit, vt non nisi ve-  
 lato capite, in Ecclesiam conueni-  
 rent. Morem hunc non tam nouum  
 inuexit, quam antiquatum restituit: vt  
 videre licet apud Valerium Maximum,

Velum  
mulie-  
bre.

Val. l. Tertullianum, & alios. de velo autem, Mos ve-  
 6. c. 3. quo peculiariter Deo dicata Virgines landi,  
 Tert. regebantur, de què velandi, ac tonden-  
 de co- di more, aliqua hic Author tradit, & ton-  
 ron. dendi.  
 Plut. fusius à se tradita affirmans in nota-  
 Apo- tionibus ad Romanū Martyrologium.  
 ph. addit etiam quedam de virili indu-  
 mento, ac calceis, scitu non iniucū da.



ex iisdem Pauli præceptionibus haud ægrè colligimus, iam tùm apud Christianos Tépla extrui cępta, cum antea in coenaculis priuatarum æditum conuenirent. Romæ quidem Pudentis Senatoris à Principe Apostolorum Petro ad Christi Fidem perducti domum in Templum ad sacra obeunda fuisse conuersam exploratum est, quemadmodum, & Eutrepiaę Matronæ domum. itaque ab Euaristo, qui quintus à Petro Ecclesiã rexit, Tempora Presbyteris sunt diuisa: Cornelij verò temporibus numerabantur ex his Romæ XLVI. quod mirum, cum Principum edicta, Iudicum sententię, delatorum metus, intétata supplicia, vndique vrgerent. creuisse adhuc eorum numerum par est credere, non Romæ modò, sed alijs quoque in Urbibus, donec Diocletiani, ac Collegæ iussu cuncta Orbe toto sunt diruta; ex quorum ruderibus, Constantino deindè Principe, alia haud paulò sumptuosiora extructa sunt. His olim in Templis aquam habebant Christiani ad manus abluendas more Iudæorum. abrogato post modum hoc more, vsu receptum est, iubente Alexandro Pontifice, vt Templum adeuntes leuiter tantum sese adspergerent aqua ad Sacerdotis preces sanctitatem adepti, qui mos alias postea in Vrbes dimanauit. quò verò ad Templorum ornatum,

*Aqua  
benedi  
cta.*

*Clem.  
Alex.  
pedag.  
l. 2. c.  
10.*

*1. C  
16.*

*multa*



multa Author refert de Crucis, deque Sacr. Christi, aliorumque Sanctorum Viro- Imaginum imaginibus in eis sculpi, aut pingi nes in solitis. Non autem est prætermittendum, quod ex iisdem Pauli præceptionibus habemus, Fideles ad Christi Domini imitationem simul cænare ipsis in Templis tum consueuisse, simulque sacram Eucharistiam percipere, itaque duplex mensa parabatur, in vtraque duplex quid præstandum, quid vitandum Apostolus docet: verum quia per Epistolam non omnia tradere fas erat, cetera (inquit) cum venero disponam. quæ nam autem hac de re postea disposuerit, quemadmodum certi aliquid affirmare non possumus, ita conijcere facile licet fuisse ea, quæ deinceps Ecclesia continenter seruauit ex antiqua Pauli aliorumque Apostolorum traditione. Hac sumpta occasione multa Author ex Patribus affert de Sacro- Eucharistia usu, deque incruentato Christi Sacrificio, quæ hic, breuitatem professi, inuiti cogimur præterire.

1. Cor. his dicens qui Christum non diligent; quem morem sequuti sunt Patres in Concilijs. est autem Anathema ambiguum verbum: quandoque enim significat votium aliquid Deo dicatum, eiusque in honorem à rebus cæteris seiunctum; aliquando, idque apud nos frequentius, idem est, ac



maledictum, dirisque deuotum.

Sed iam Ephesum reuertamur. erat ea in Vrbe Argentarius, qui votiuas imagines Dianæ in Templo ( vt tùm etiam moris erat ) dedicandas conflabat. Huic neglectus Dianæ, ex Pauli prædicatione, artis contemptum, ac lucri in primis decrementum in dies magis afferebat. Is ergo alijs eiusdem artis Opificibus, neque ijs tantùm, sed vniuerso in Paulum, ac Socios, Populo incitato, tumultũ longè maximum excitauit; quo Caius, atque Aristarchus Pauli Asserclæ è Theatro rapti, Paulus ipse ad necem quæsitus, ægrè insaniens Populi manus effugit. erat

*Diana  
Fanũ  
Ephesi*

autem Dianæ Templum Ephesi vnum *Plin.*  
ex septem Orbis Miraculis, vt tradit *l. 36.*  
*Plinius*, ducentis, siue, vt idem alibi, *c. 14.*  
quadringentis viginti annis, Regum,  
ac Populorum certamine ædificatum,  
longitudinis CCCCXXV. pedum, la-  
titudinis CCXX. columnæ CXXVII.  
à singulis Regibus factæ LX. pedum  
altitudine: in his XXXVI. cælatae.  
Simulacrum Deæ ex ebena, seu, vt  
alij tradunt, vitigineum. cæterum  
tantæ molis Opus septies ante hæc  
tempora aut collapsum, aut incensum,  
ac restitutum, sub Gallieno demum *Act.*  
funditus à Gothis euersum est. Post *20.*  
quam autem tumultus resedit, Paulus  
Discipulis Ephesi valere iussis, in Ma-  
cedoniam soluit, relicto ibi Timotheo,  
ad



ad quem per idem tempus primam de-  
dit Epistolam. instituerat autem il-  
lum, ante discessum, Ephesi Episco-  
pum; ergò eadem in Epistola, quod  
& prius coram fecisse par est credere,  
ad Episcopalia illum munera instruit,  
ac informat. præcauere insuper illum  
iubet Hæreticorum dolos, quorum  
quidam, sub boni specie, vt diuinitus  
præsentiebat, damnaturi erant con-  
nubia, & cibos, quos Deus creauit,  
reprobaturi. *quæ occasione Author,  
de more, eruditam instituit disputa-  
tionem de calibatu, deque ciborum  
delectu, ac abstinentia: de quadrage-  
simali, & quatuor anni temporum  
ieiunio, alijsque ex Apostolica insti-  
tutione seruari solitis. probatque ca-  
tholicam Ecclesiam ita Virginitatem  
commendare, vt non damnet con-  
nubia: ita nullum ciborum genus res-  
puere, vt laudabiliter certis tempori-  
bus quorundam usum inhibeat; quæ  
quidem dogmata longè alia sunt ab  
ijs, de quibus innuit Paulus, quæque  
postea, ex eius prædictione, effunde-  
runt Enchratisæ, Marcionitæ, Mani-  
chæi, Saturninij, alijque Apostolicæ,  
ac sinceræ Fidei desertores.*

*Calibata  
tus, Ie-  
iuniu.*

*Att.* At Paulus è Macedonia discedens, *Titus*  
*20.* Cretam appulit, ibique Titum Epi- *Creta*  
*Tit. 1.* scopum institutum reliquit, & in Græ- *Epis.*  
ciam regressus, eundem illuc per li-  
teras aduocauit.



**Nero-** At Nero Cæsar Britannicum Clau- Tac.  
**nis pri-** dij, ex Messallina, Filium veneno su- l. 13.  
**mum** stulit, quo facinore, hæctenus non  
**scelus.** malus Princeps, viam sibi ad omnia  
 deinceps scelera aperuit.

In ea, quam Paulus ad Titum de- Chri.  
 dit, Epistola, ideò se ea in Insula il- Ann.  
 lum reliquisse testatur, vt constitueret 58.

**De Epi** per Ciuitates Presbyteros: docetque  
**sc.** & eum quales esse deberent. fuere non  
**Prasby** nulli, qui Episcopos, & Presbyteros  
**teris.** nomine tantùm differre contenderet,  
*at enim Author multis docet argu-*  
*mentis, & re, & nomine discrepare.*  
 quod verò Presbyteros vnus Vxoris  
 Viros esse velit, haud mirū, non enim  
 facilè erat cælibes apud Gentiles tùm  
 reperire, præsertim apud Cretam, Strab.  
 vbi antiquis legibus cælibatus veta- l. 20.  
 batur. quamobrem & ad Timotheum  
 Ephesi Episcopum scribens hoc idem  
 monet, ideò autem addit; *Filios ha-*  
*bentes fideles non in accusatione luxu-* Tit. 1.  
*ria, aut non subditos,* quòd turpissi-  
 mus inibi mos esset Pueros adamandi,  
 ac retinendi, adeò, vt liceret eos etiam Strab.  
 Patribus rapere, ac per bimestre apud ibid.  
 se habere, donatosque demum remit-  
 tere, hocque laudi potius dari, quam  
 probro, etiam illustri genere ortis, ità  
 vt vestes ab Amatoribus splèditiores  
 donatas per summam lasciuiam licen-  
 tius ostentarent: quæ ad Pauli sensum  
 aperiendum, licet non sine rubore,

ac



ac stomacho attulimus. cæterum vni-  
us Vxoris Viros Apostolus Presbyte-  
ros, & Episcopos esse præcipit, non  
vt excludat cælibes, sed bigamos: ne-  
que ex bigamis eos tantum, qui plu-  
res simul Vxores haberent, hoc enim  
omnibus Fidelibus, non tantum Pre-  
sbyteris vetabatur, imò & Gentili-  
bus, certè apud Græcos, apud quos,  
Athenienses dumtaxat, occasione ex-  
haustæ belli cladibus Iuuentutis po-  
ligamiam aliquando admisisse repe-  
rimus. Apostoli itaque sententia ea  
est, vt Presbyteri, qui vxorati ad il-  
lum ordinem assumuntur, vxore de-  
morta, aliam nequaquam superin-  
ducant. castè insuper cum Vxoribus  
tantum Presbyteros. atque Episcopos  
permanisse explorantissimū est, adeò,  
vt neque Vigilantius impurissimus ce-  
libatus infectator hoc inficiari sit au-  
sus. huiusmodi autem thori coniuga-  
lis separatio, non ex volūtaria tantum  
pietate contingebat, sed ex lege.  
quamobrem, si qui, ex his, liberis dare  
operam comperti fuissent, non secus,  
ac adulteri puniebantur, gradu certè  
deiciantur. Hoc eodem ex Pauli  
præcepto, & consueto deinceps in  
Ecclesia more constat, eos etiam in  
Presbyteros assumi vetitum, qui duas  
habuissent successiuè Vxores, aut etiã  
vnam tantum, sed Viduam. quod ideò  
factum putandum est, quia hoc ipsum

Polyga-  
mia.

Sacer-  
dorum  
calibæ  
tus.



de Sacerdotibus olim Hebræorum, imò etiam Gentilium erat cautum; ne quid laudis, ab his minus, Christiani Sacerdotes haberent. diximus autem alibi, multa Apostolos, ex his, quæ ad morum institutionem spectant, ex Synagoga in Ecclesiam cum foenore transtulisse.

*Leuit.*

21.

*Hier.*

ep. 11.

*Tert.*

ad Vx.

*de**mono-**gam.*

c. 10.

Euangelium conscripserant Matthæus, ac Marcus, vt antea innuimus; verùm quod ille hebraicè, hic latinè; par erat, vt græcè quoque scriberetur: id aggressus est Lucas hoc anno, Paulo & suadente, & adnitente.

*Lucas*  
*Euan-*  
*gelium*  
*scribit.*

Hoc eodem tempore Paulus, cum Nicopoli esset, secundam ad Corinthios dedit Epistolam, in qua, inter cætera, catalogum suarum ærumnarum texit, quas Lucas in actis Apostolicis fermè præterijt. quod autem noctè, & die in profundo maris fuisse se dicit, vel de horribili aliqua tempestate, qua nocte, ac die iactatus fuerit intelligendum est, vel, vt quidam putant, de carcere quodam Cizici profundissimo. cum quinquies quadragenas vna minus, se accepisse ait, illud erat genus animaduersionis apud Hebræos, quo vnde quadraginta verbera infligebantur. iam tum tertio se naufragium fecisse testatur. ad hæc quartum, multos post annos, passus est apud Melitam, de quo tantum meminit Lucas, vt nemo inficiari possit, multa

*Pauli*  
*arūna.*

2. Cor.

11.

*Bed. 1.**quast.*

q. 9. tit.

3.

*Act.*

27.

multa



multa ab Euangelista in Act. Apost. historia fuisse prætermiffa.

Antequam Paulus in Macedoniam rediret, Cenchreas (quod est Nauale Corinthiorum) appulit, ibi cum esset, Epistolam ad Romanos scripsit. Antequam autem Paulum Hierosolymam reuerentem Author deducat, multa ex Iosepho tradit de infelicitum temporis Iudeorum statu ob Præsidum auaritiam, latronum incursus, & Ciuium factiones, qua præludia Carcerum veluti quadam fuere miserandi Hierosolymorum excidij. multa etiam lampade cereis, ac lampadibus in Templis accendi solitis sumpta ex his, quæ in Templis Lucas tradit accidisse Troade, occasione; cum insuper Lucas dicat Paulum festinasse Hierosolymam ut sollempnitatem ibi ageret Pentecostes, Author de legalibus Festis iam tum abrogari coeptis, deque immutato die Pascha, alijsque Christianis Festis, tum Christianæ de precibus tam in Ecclesia, quam extra eam procedendo, (unde Processiones) de tintinnabulis item ad Populum excitandum, cogendumque fusè differit, ac in primis eruditè. Troade autem discedens Paulus multis in Urbibus, ex itinere, Fidelibus sacra doctrina recreatis, venit Cæsaream, inque Philippi domum, qui vnus erat ex septem Diaconis ab Apostolis institutis, se recepit. huic (inquit Lucas)

C 5 erant



erant quatuor filiae Virgines propheta- *Act.*  
 tantes. moratus autem ibi dies aliquot 21.

Hierosolymam perrexit obnitentibus  
 Discipulis, quòd ex Propheta quodam  
 Agabo audissent, vincula ei inibi in-  
 tentari. eò cum peruenisset, exceptus  
 est à Fratibus perbenignè: cognouit  
 autem ex eis malè se apud omnes au-  
 dire, quòd Circumcisionis præce-  
 ptum, aliaque ex legalibus institutis  
 abrogasset. proindè monebant, san-  
 ctificaret se more maiorum, & co-  
 gnoscerent Iudæi falsa de ipso fuisse  
 vulgata; morem illis gessit Apostolus,  
 & postridiè purificatus Templum in-  
 iit. ritus autem huiusmodi purifica- *num.6*  
 tionis fuit abstinere à vino, caput ra-  
 dere, & finito tempore ouem, agnum,  
 ac arietem offerre, crinemque cum  
 hostijs concremare. ex hoc, qui Na-  
 zaræorum erat ritus, mos item apud  
 Christianos inoleuit, vt qui à vulgari  
 aliorum vitæ consuetudine recede-  
 rent, caput abraderent. consueue-  
 runt autem apud nos Clerici, ac Mo-  
 nachi non integrum caput radere, ne  
 iudaizare omninò viderentur, aut Isi-  
 dis, Serapidisue, aut alios, apud Gen-  
 tiles, Sacrificulos imitari viderentur.  
 cæterum apud Romanos vnicuique,  
 cum barbam primo poneret, aut cri-  
 nem, eam Numini alicui dedicare,  
 mos fuit, cuius rei exemplum habes  
 apud Suetonium in Nerone.

*Tösu-  
 ra Cle-  
 ricorū.*

Post



Act.  
21.

Post oblatum à Paulo sacrificium Nazareorum, septem dies ad eius vincula intercessisse Lucas testatur, quibus elapsis, Iudæi, qui ex Asia venerant, illum, quod contemptor esset patriæ Religionis, delaturi, videntes eum in Templo concitauerunt omnem Populum, & manus ei iniecerunt, quarentibus autem eum occidere, nunciatum est Tribuno Cohortis, qui statim assumptis militibus, & Centurionibus, accurrit. tunc accedens apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus. Tribunus autem qui Ægyptium eum esse putauerat, græcè loquutum attentius audiuit, fecitque ei potestatem Populum alloquendi; cum autem vidisset

Pauli  
Vincula.

Act.  
22.

Tribunus Populum in Paulum magis magisque efferari, iussit adduci in castra, & flagellis cedi, atque torqueri, Paulus ut sciret propter quã causam sic acclamarent ei. tùm Paulus opportunè Ciguem se Romanum professus est. Tarditur.

Dio.  
l. 47.

senses autem omnes Ciues Romanos factos constat, quod bellis ciuilibus Iulij Cæsaris primùm partibus, tùm etiam Octauiani studuissent. de Tarsentium verò laudibus hæc Strabo.

Strab.  
l. 24.

tantum autem Tarsensibus studium Tarsensium Philosophicarum, ac disciplinarum, quas encyclias dicunt, incessanter sit, ut superauerint Athenas, & Alexandriam, & si quis alius nominari



potest locus, ubi Philosophorum, & ar-  
 tium ad humanitatem pertinentium  
 schola haberentur. ut nè miremur  
 Paulum supra alios Apostolos elo-  
 quentem, ac eruditum. quòd autem  
 non liceret Ciuem Romanum flagel-  
 lis subijcere, statuit primùm, lata  
 lege, Valerius Publicola: id ipsum  
 lege Porcia, ac demum Sempronia  
 firmatum est. postridiè Tribunus so-  
 lutum Paulum ad Iudæos produxit.  
 erat autem coactum magnum illo-  
 rum Concilium quod *Synedrim* vo-  
 cant, in quo verba facere cum cæ-  
 pisset Ananias Princeps Sacerdotum  
 iussit percuti eos eius. tùm Paulus  
*percutiet te Deus* (inquit) *paries de-*  
*albate.* admonitus autem illum Princi-  
 pem Sacerdotum esse, excusationem  
 attulit professus se id nescisse: nèquè  
 mirum, cum Concilium illud tumul-  
 tuariè fuerit coactum, ita ut loco  
 suo vnusquisque nequaquam sederet,  
 sed stantes, ut in re turbida, loque-  
 rentur. illud etiam animaduerten-  
 dum; alium fuisse summum Ponti-  
 ficem, seu summum Sacerdotem,  
 alium verò Principem Sacerdotum,  
 Hic enim erat præpositus illi magno  
 Concilio. Sedebant autem eo in  
 Concilio vterque primo loco di-  
 uersis in lateribus. qui duo digni-  
 tatum gradus videntur respondere  
 ipsis Moysi, & Aaroni. prudenter  
 autem

Ciues  
 Rom.  
 iurgis  
 cædi  
 uetitū

Sigon.  
 de iur.  
 ant.  
 Rom.  
 Cic.  
 pro Ra-  
 bir.  
 Val.  
 max.  
 l. 4. c. I  
 Act.  
 23.



autem Apostolus professus se ex Pharisæis esse, eam Sectam cum alia, Sadducæorum, ex quibus duabus uniuersum Concilium erat conflatum, inter se quodammodò commisit, ita ut eius defensionem illi susceperint, proindèque abijt indemnatus. tùm ex his qui ei aduersabantur quadraginta amplius deuotione se se adgisse falsi sunt, non sumpturos cibum, nec potum, donec illum occiderent, curandum itaque, vt iterum à Tribuno veluti in concionem adduceretur; peracturos se etenim haud dubiè meditata. hoc cum rescisset Tribunus, Paulum sub custodia clam misit Cæsaream ad Foelicem Præsidem, additis literis quibus significabat eum se hominem ægrè à furente abductum Populo, quamquam nullius compertum flagitij, ad ipsum mittere, ne quid in se culpæ rediret, si per tumultum interficeretur. quàm magno autem Iudæi odio in eum essent accensi, ex eo liquet, quod Lucas addit post quinque enim dies (inquit) descendit Princeps Sacerdotum Ananias cum Senioribus quibusdam & Tertullo Oratore, qui adierunt Præsidem aduersus Paulum. Iudæorum deindè orationem refert, ac Pauli defensionem. Iudæis Foelix respondit velle se Tribunal expectare antequàm aliquid decerneret. audiuit.

*Iudæorum odiū in Paulum.*

*Act. 24.*

*Pauli accusatio, & defensio.*



diuit etiam seorsim Paulum *de Iustitia*, (vt ait Lucas) *de Castitate*, & *de futuro Iudicio* differentem; qua oratione permotus Foelix, ac perterrefactus eum quidem à se dimisit, frequenter nihilominus eum accersens, *sperabat enim* (addit idem Lucas) *pecuniam se accepturum à Paulo*, quod audisset *ex Asia illum multa ad eleemosynam, & oblationes attulisse.*

Cum autem Iosephus scribat hoc tempore iuisse se Romam, vt quosdam Sacerdotes illuc vinctos à Præsidente missos defenderet, addatque ficis, ac nucibus eos victitasse, subit suspicio, ex illis fuisse, qui se panē non manducatuos deuouerant, donec Paulum interficerent, quos fortasse Foelix tam diro sacramento adactos, puniendos censuit, cum, nè deinceps tumultus miscerent, meritò pertimuerit.

Haud ita multò post Foelix Præsles  
 Porci- Successorem habuit à Cæsare Porciū *Act.*  
 us Fe- Festum; quod autem Lucas ait, *elapso* 24.  
 stus suc biennio, intelligendum est, Imperij  
 cedit Neronis, nam & ante illum Foelix sub  
 Foelici Claudio vna cum Cumano, vt diximus, Prouinciæ partem, hoc est Samariam, rexerat. Hierosolymam autem nouus Præsles cum venisset, præsto fuere accusatores Pauli, quos Festus Cæsaream iussit accedere; quod haud ægrè præstiterunt. ibi cum Hic gratificaturus Iudæis, in eos videtur



Act. 25. tur propensior, Paulus Cæsaris ad Tribunal appellauit.

Interim Agrippa, qui Iunior dictus est, Cæsaream cum Berenice Vxore, Agrip. Festum salutaturus, accessit, coram Iun. quibus causam Apostolus iterum cum Cæsare dixisset, in modico (inquit Rex) sua- r&a.

Act. 26. des me Christianum fieri; & Iudæorum subodoratus perfidiam, dimitti illum potuisse, ni Cæsarem appellasset, affirmauit.

Act. 27. Traditus itaque Paulus custodiae Iulij Centurionis, nauim conscendit vnâ cum socijs, qui eum sequebantur non inuiti. hos inter fuit Lucas, qui iter omne diem quodammodo recensit.

Act. 28. Cretam Insulam prætergressi, ex Pauli prædictione, vitæ discrimen adiuerunt, diu noctûque vi tempestatis iactati. Melitam demum Insula Pau- lam incolumes, dirupta quamuis, mer- lus Me- saque nauis, tenuerunt. ea in Insula lita. cum Paulus, ad ignem excitandum, alendumque, sarmenta intulisset, Vipera manum eius inuasit, qua ille in ignem excussa, præsentis vim veneni non sensit, stupentibus Incolis, illumque vti Deum aliquem venerantibus, quem modo, vti sacrilegum fuerant auer- sati, quasi indignum vita, quem, nau- fragio superstitem, præsens exitium Melita excepisset. Eo ex miraculo vis Insulæ vis in- est indita ad fugandos angues, aut, si vene- quos haberet, innoxios alendos, gle- na.



ba quoque ipsa veneno medetur.

Apud Melitam porrò tribus mensibus, dum hyems remittitur, Paulus cum socijs subsistit, perbenignè illum interim habente Publio Insulæ Domino, aut Præfecto, cuius Patrem febris, ac dissenteria laborantem incolumem reddiderat. rei tum fama morbo laborantes alij permulti, Pauli ope, seruati sunt.

*Pauli  
iter à  
Meli-  
ta.*

Indè cum tres demum post mensures soluissent, venerunt Syracusas, ac subinde Regium, tum Puteolos, ac demum Romam, vnde obuiam Paulo processere, ex Fidelibus permulti ad Forum vsque Appij, atque adeò ad tres Tabernas, hoc est ad trigesimum, ac quinquagesimum ab Vrbe lapidem: tanta erat illius doctrinæ fama, ac sanctitatis. Romæ nihilominus degen-

*Paulus  
a suis  
deseri-  
tur.*

nium Principe dicturum, plærique omnes deseruere. par autem est credere, Iudæos omnem lapidem mouisse, quò illum perditum irent. itaque in omni, vt ipse ait, Urbis Prætorio eius causa cognita est. puta apud Principem, apud Senatum, apud Collegium Pontificum: demum, eius cognita innocencia, solutus vinculis, vnius tantum sub custodia militis, liberè agere permissus est.

Timotheus interim Romam, ac-  
cessit, venerat; quamobrem ad Phi-  
lip.

Chri.  
Ann.

59.

2. *Thi.*

4.

*Philip.*

1.

Chri.  
Ann.

lip. 60.



lippenses, quæ hoc tempore data est, Epistola non Pauli tantum, sed Timothei quoque nomine data legitur. ea in epistola certiores Apostolus Philippenses reddit de propagatione Euangelij in Vrbe facta, cui sua ipsius vincula non modò impedimento non essent, sed mirificè conferrent. monet insuper caueant à malis Opera-

Epist.  
ad Phi-  
lippen-  
ses.

rijs, inimicis Crucis Christi, & videte (inquit) concisionem: Eam nihil aliud fuisse constat, quam Simonis Magi, Cerinthi, ac Sectatorum delirium, quo Christum à Iesu diuidebant, & quodammodo concidebant; negantes Christum passum, mortuum, suscitatum: hæc eadem de Iesu fatentes. Crucis eos vocat inimicos, quod Christum verè Cruci affixum negarent, proque eo Simonem supponerent Cirenæum, Christi Crucem quasi

Simo-  
nis, ac  
Cerin-  
thi de-  
liria.

erubescerent. aduersus hos in Ecclesia mos inoleuit Crucis signum singulari fere in rebus frequentius adhibendi; qui mos ad hæc vsque tempora perseverat, vt qui illum quasi nouum reiiciunt, aut absurdum derident huius temporis Sectarij, reiiciendi potius, ac deridendi ipsi sint, qui in ipso veluti meridie cæcutire, antiquitatis omnis ignari, videantur.

Crucis  
signum.

Dum adhuc Apostolus esset in vinculis, literas ad Colossenses dedit, quas Tychicum detulisse constat, quem-

Epist.  
ad Co-  
lossenses.

ri.  
1.

hi.

lip.

hi.  
nn.



quemadmodum, & primas ad Timotheum: fuit autem Is non tam Tabelarius, quam Legatus de alijs eos com-

*Coloffa* pluribus, quæ Epistola non haberet,

*Vrbs.* certiores redditurus: erant autem

Colossæ Vrbs Maioris Phrygiæ non

longè à Laodicea eiusdem Prouinciæ

Vrbe, alia tamen ab ea, quæ & in

Syria, quæque in Media. Vtrùm vero

*Laodicea* Apostolus ad Laodicenses simul scri-

*ares.* pserit, vt videtur innuere, antiquo-

rum Patrum non mediocriter torfit in-

genia; *qua de re plura hic Author, qui*

*& multa addit ad Apostoli sensum*

*eruendum, dum obscure satis de An-*

*Angè-* gelis meminit; *qua sumpta occasione,*

*horum* de eorum cultu differit copiosè. ad hac,

*cultus.* cum idem Apostolus Colossenses horte-

ur ad Psalmos, & Hymnos concinen-

*Psal-* dos, *qua ex antiqua de his habentur*

*morū* traditione, in medium affert.

*usus.* His veluti publicis ad Colossenses

literis, priuatas ad Philemonem no-

*Epist.* bilem eius Vrbs Ciuem Paulus addi-

*ad Phi* dit. Huius domum Coloffis, ad sua

*lomo-* vsque tempora, superfuisse, Theodo-

*nem.* retus tradit in Templi formam, vsum-

que ab eodem Philemone redactam.

*Onesi-* huic Paulus Onesimum commendat,

*mus.* quem illius Seruum, illiusque Fratrem,

etiam secundum carnem, appellat.

quod mirum cum aliquibus videatur,

animaduertendum est, seruum illum

fuisse libertate postmodum donatum,

Fra-

*Strab.*

*l. 12.*

*c. 15.*

*Plin.*

*lib. 5.*

*c. 32.*

*Coloss.*

*2. & 3.*

*T  
l.*



rab. 12. 15. n. 5. 2.  
Fratrem autem secundum carnem ideo dici, quod esset & ipse, ut Philemon, ex Gentilibus; qua etiam ratione ab Apostolo Hebræi inter se se Fratres etiam secundum carnem appellantur, hoc est secundum originem.

Hunc Onesimum Ephesi postea fu- Epist. ad Hebræos.  
isse Episcopum, omnes consentiunt. Ultimam ex Pauli Epistolis, quæ ad Hebræos data est, hoc eodem anno fuisse ab eo scriptam, coniecturæ complures persuadent. hanc, quod non nulli olim, aut Barnabæ, aut Lucæ, aut Clementi tribuerint, aut certè in dubium reuocauerint, Author, pluribus congestis argumentis, ac Patrum testimonijs, Paulo vindicat.

Tacit. l. 13. Ficus  
Aruit hoc anno Romæ Ficus, quam Ruminalem vocarunt, Romuli, ac Fratrum cunabulis memoranda, postquam annos amplius DCCC. virens, ac vegeta permansisset; quod prodigij loco habitum. liceat verò & nobis in eo prodigium agnoscere, quod aridum Crucis Lignum Apostolorum doctrina veluti irrigatum, cæperit tum Romæ virescere.

Biennio interim exacto, liber Apostolus abire iussus, quò nam Gentium profectus sit, non satis constat; conijcere tamen possumus in Asiam reuersum, quod Colossensibus, ac Philemoni, ac demum Hebræis fuerat pollicitus. per hoc autem non efficitur,  
Pau- lus li- ber a- bit.



tur, quò minus in Hispaniam, quod multis placet, perrexerit.

Hoc eodem anno Lucas Operi, quod ab Apostolorum Actis inscripserat, ultimam apposuisse manum traditur. quò nam verò & ipse abierit, incertum est.

*Nero* At Nero Princeps facinus omnium  
*Matrē* scelestissimum meditatus Matris ne- *Tacit.*  
*negat.* cem, naufragio cum non successisset, *l. 14.*  
ferro peragi curavit. tam fœda autem  
Popoli Romani assentatio fuit, ut læ-  
titiâ inde publicam, tamquam de-  
parta Principis salute indixerit; qua  
sortasse de causa Paulus libertati est  
restitutus.

*Festus* Interim Festus in Prouincia diem *Chris.*  
*mori-* obiit extremum datusque illi à Cæsa- *Ann.*  
*zur.* re Successor est Albinus. *62.*

*Albi-* Roma prodigijs agitata, spem ma-  
*nus suc* ximam concepit futuræ Neronis mor-  
*cedit.* tis, qua tamen, ut sæpè, frustrati Ci-  
*Prodi-* ues, dignoscere haud ægrè potuerunt,  
*gia Ro-* quàm sit fallax huiusmodi prodigio-  
*ma.* rum indagatio.

Laodicæa quoque, nobilis Asiæ  
Vrbs, qua de meminimus, terræ motu  
collapsa, à Ciuibus, qui diuitijs polle-  
bant, restituitur. de ea, deque illius  
opibus Ioannes Apostolus meminit, *Apo.*  
eaque inibi de causa Christi Fidem in- *3.*  
tepuisse queritur.

Qui sequitur annus Iacobi Apосто- *Chri.*  
li cognomento Iusti, Fratris Domini *Ann.*  
mar- *63.*



lib. 2.  
c. 8.

martyrio insignis est. rem vti celebrè,  
Iosephus ipse egregiè testatam reli-  
quit, tantoque Iudæorum sceleri Vr-  
bis, ac Templi excidium tribuere vi-  
detur: obiit autem è summo Templo. *Iacobi*  
præceps datus, tum lapidibus peti- *Ap. fr.*  
tus, ac Fullonis vecte percussus. cur *Domi-*  
autem illius potius neci, quam Chri- *ni mar*  
sti, calamitates illæ fuerint tributæ, *tyrium*  
cum Christum Iacobus sectaretur,  
haud dubiè, quod ad Iacobi statim  
mortem sequutæ sint. Superest eius  
epistola, quæ prima inter canonicas  
numeratur. *in ea cum de infirmorum* *Extre-*  
*perunctione mentio fiat appositè Author* *ma un*  
*de hoc extrema unctionis Sacramento* *ctio.*  
*ex more differit, additque de Sacrifi-*  
*cij forma, seu Missa, qua eidem Apo-*  
*stolo tributa adhuc extat.*

acit.  
4.

art.  
m.

Tacit.  
l. 14.

Hoc item anno rebellantes Britan-  
ni, per Paulinum Suetonium iterum  
debellantur. Proximo autem subse-  
quente Marcus Euangelista Alexan-  
driæ Martyrio afficitur. eius locum  
subit Anianus. quoad mortis genus,  
ferunt ab altari abstractum, biduo  
per Urbem raptatum, animam Deo  
reddidisse.

*Britã-*  
*ni ite-*  
*rũ de-*  
*bellan-*  
*tur.*  
*Marci*  
*Euãg.*  
*marty-*  
*rium.*

Chr. hist.

De Christianis ab eo institutis pu-  
tantur scripta quæ Philo quasi in glo-  
riam suæ Gentis de Essenis, siue Essæis  
tradit. de his Plinius elegantissimè,  
sed tamen vti de Gente vetustissimæ  
originis, & nescio quæ interiora.

*Esseni.*

Iu.

pos.

Chr.  
no.

de scri.  
bt. in  
Marco



Iudææ loca incolente . siue illa oscitanter ex Philone , siue ex alio quopiam perierit. *Gens, inquit, sola in toto de Vit. Orbe præter ceteras mira : sine ulla cõt. l. 5 Fæmina , omni venere abdicata, sinè c. 17. pecunia in diem ex æquò Conuenarum Plin. l. turba renascitur , largè frequentantibus, quos, vita fessos, ad mores eorum Fortuna fluctus agitat. ita per seculorum millia (incredibile dictu) Gens æterna est, in qua nemo nascitur. tam fœcunda illis aliorum vita pœnitentia est. hæc Plinius ; ex quo, vt alia fermè, non minore elegantiâ Solinus, haud dissimilia prosequutus est. Verũ quamuis Essenos ante hæc tempora fuisse, Iosephus tradat, in eos non omnia, quadrant, quæ apud Philonem habentur, multò minus quæ apud Plinium, quæque apud Solinum. his adde nullam de his mentionem haberi in veteri, nec in nouo Testamento, neque apud alios Plinio antiquiores ex Profanis. At enim Philo de suis Essenis tradit, non Alexandria modo, magno numero, fuisse, sed in alijs quoque Ægypti regionibus, tum apud Græcos æquè, ac Barbaros. ex quibus affirmare cogimur de Christianis illum loquutum, vt antiquiores, ex nostris, Patres pro comperto habuerunt, non autem de Essæis, quæ Iudæorum erat Secta, vt quidam ex Nouatoribus, contradicendi studio, affirmant. cui enim*

per-

Polycar. Γacci  
ib. 1

36.

Chri.  
nn.  
5.  
f. d  
ll. l  
c. 12







tem Præsidi, alijsque interrogantibus, qui nam esset, cur ve malè ominari pergeret, nihil respondebat, nec victum præbentibus gratias agebat. perseveravit autem, quod mirum, per annos amplius septem numquam fatigatus, aut raucior factus, dum obsidione demum cincti Ciues, vera ipsum præfagisse re ipsa intellexerunt. tùm verò ille, postquam aliquandiu quieuisset, conscenso Urbis muro, iterum vèh Ciuitati, ac Templo ipsisque Ciuibus contentiori voce inclamavit: ad extremum, cum addidisset, *vah etiam mihi*, lapis è tormento à Romanis excusus eum peremit.

Decimus agebatur Neronis Principatus annus, Christi Domini LXVI. Ann. cum, casu ne, an Tiranni iussu (vtrum-

*Roma  
incen-  
dium.*

que enim proditur) Roma Urbium Regina miserabili incendio deflagrauit. quamquam autem rei infamia in Principem plurimum redūdauit, quòd inijsse illum domesticam scænam, & Troicum excidium interim, dum Roma arderet, ad cytharam per iocum cecinisse diceretur, Christiani tamen calumniam passi, magno numero alieni sceleris, ac stultitiæ poenas persolvere. Sex ipsos dies, siuè, vt alij tradunt, nouem grassatæ flammæ quatuor, non amplius, Urbis Regiones, ex quatuordecim, superstites reliquere.

*Chri-  
stiani  
calum-  
niam  
passi.*

Circumferebantur etiam tùm Hierony-

Ch  
An  
67  
Io,  
an  
20.  
G  
bel  
2.0  
Ta  
l.1  
Dio  
Sne

Hie  
ep.

Chr  
Ann  
68.



ronymi, atque Augustini ætate epistolæ, quæ adhuc extant, Pauli ad Senecam, Senecæ vicissim ad Paulum; cæterum qui in illis errores temporum deprehenduntur manifestæ eas arguunt imposturæ.

Pauli,  
ac Seneca  
Epistola.

Chri. Albino Successor datus Florus futurarum calamitatum Author haud dubiè fuit. ita dum Christiani supplicijs acerbissimis addicuntur, Iudæi à Flore expoliantur.

Florus  
Iudæa  
præfici-  
tur.

20. c. 9. Romæ autem detecta in Principem conspiratio, malè in Authores vertit eius criminis (si crimen appellare fas est) comperti multi ex primariorum

Cõiu-  
ratio  
in Ne-  
ronem

2. c. 14. bilitate, vario mortis genere periere. in his fuit Seneca, eiusque ex Fratre Nepos Lucanus, & Romanorum tum temporis nobilissimus Plautius Latranus Consul designatus, cuius ædes apud Cælium Montem in usum postea Christianorum cessere, Augustissimo ibi Templo excitato, ac Pontificijs ædibus adiectis.

Seneca,  
Lucanus  
nimors

Hier. Coniuratorum poenam sequuta est mors Poppææ, quam, licet impensius adamatam, ira percitus Nero, ictu calcis percussam vehementius interemit.

Chri. Romæ tot Christianorum supplicijs Christiana re poenè collabente, præsto fuere ipsi Apostolorum Principes, quorum prædicatione, ac Martyrio restituta est. At Petro non satis visum Romanæ Ecclesiæ prospicere.

D igitur



*Secun-  
da Pe-  
tri Epi-  
stola.*

igitur quod vniuersi gregis creditam sibi curam sciret, præcipue Iudæorū, quorum in Hierosolymitano Concilio susceperat patrocinium, secundam ad eos dedit Epistolam, in qua suum ipse exitum instare docet. de huius porro Epistolæ firmitate dubitatum aliquando fuisse constat, quod diuerso ab alia stylo, ac charactere videatur; cæterum Interpretum hoc potius varietate accidisse dixerim. sanè inficiari nemo poterit à Patribus eam passim, ac Concilijs inter canonicas recenseri, quod verò hæc eiusdem ferè sit argumenti, ac Iudæ Epistola, qui Thadæus dictus est, *de vtraque Author differit, deque Hæreticis, qui in illis notantur, eorumque dogmate, ac delirijs.*

*Nero-  
nis va-  
nitas.*

At Nero, quod Dijs ipsis, inquit Plinius Imperare generosius cuperet, id per Magos assequi se posse ratus, eos vndique conquisitos aluit.

*Simon  
Magus*

in his fuit Simon Samarita, de quo alibi meminimus. Hic vt Principi harum rerum cupido sese vendicaret, ipso inspectante, volasse dicitur, Petri verò ad Deum precibus, eo ex volatu, in terram decidisse, qua veluti in se collata iniuria, Neronem Petro succensuisse, ipsumque, ac Paulum

*Aposto-  
lorum  
carcer*

carceri mancipasse. carcerem porro, in quem coniecti Apostoli sunt, Merrium fuisse constat, non autem Tullianum. addicti postea eidem sunt

Pro-

*lib. 30.  
c. 2.  
Suet.  
c. 12.*

*Phi-  
br. l.*



Aug. Processus, & Martinianus Milites Apo-  
ep. 86. stolorum custodes à Petro, vt tra-  
dunt, ad Christi Fidem traducti, ibi-  
demque erumpente, diuina vi, ex  
petra fonte, Baptismo initiati: fons  
sanè in hanc diem perseuerat, non  
rerum modò tùm gestarum memo-  
ria nobilis, sed perenni quoque mi-  
raculo illustris; quippè è medio car-  
ceris surgit tiburtinis strati lapidibus  
grandioribus per lapidem cubitali al-  
titudine veluti terebratum; ita vt nec  
redundet vmquam, nec, quantumuis  
haustus, exsiccetur. cur autem, &  
Paulus cum Petro custodiæ sit tradi-

Processus, &  
Martinianus  
Fons in  
carce-  
re Apo-  
stol.

In vit. mon. viiup. l. I. Iam Nero, vt ait Tacitus, tot infi-  
gnibus Viris trucidatis, virtutem ip-  
sam quodammodo excindere cõcupi-  
uit, interfectis Barea Sorano, ac Tra-  
sea Peto. Sed, & de Serulia Barea  
Filia rea cum patre constituta quæ-  
dam addit, quæ Christianam eam fuis-  
se facile demonstrent.

lib. 16. Edicto dein Philosophos Vrbe exe-  
git, recepto haud secius, ac humani-  
ter habito Apollonio Thianæo, qui  
hoc ipso tempore Romam sub Tele-  
phi Consulis patrocinio venerat.

Nero-  
nis Ty-  
ranis.

Philo-  
sophos Vrbe exe-  
git, recepto haud secius, ac humani-  
ter habito Apollonio Thianæo, qui  
hoc ipso tempore Romam sub Tele-  
phi Consulis patrocinio venerat.

Post hæc Nero in Achatam nauigat,

D 2 gat,

30.  
et.  
2.  
m.  
st.  
c. 9  
nob.  
Philo-  
sophos Vrbe exe-  
git, recepto haud secius, ac humani-  
ter habito Apollonio Thianæo, qui  
hoc ipso tempore Romam sub Tele-  
phi Consulis patrocinio venerat.  
6.



*Isthmū* gat, vt Isthmum perfodiat. id cum ir-  
*perfo-* rito conatu tentasset, Olympicis lu-  
*dere* dis non spectator modò esse voluit,  
*tentat.* verùm & Actor. itaque omnes supe-  
 rans Citharædos, atque Aurigas, me-  
 ritas coronas Homo leuis adeptus est.

*He-* Hoc eodem anno Hebræi suis ipso-  
*brai à* rum factionibus, ac Præsidum tyran-  
*Roma-* nide, in primisque Deo vindice eos  
*nis re-* adigente, à Romanis rebellant. cau-  
*bellāt.* sas fusè *Author tradit ex Iosepho.*  
*eruditè insuper disputat, an Christi*  
*prædictiones ad has clades sint refe-*  
*renda, an ad Iudicij diem extremum.*

*Petri* Neronis ad Urbem reditum Apo- Chri.  
*fuga.* stolorum martyrium sequutum est. Ann.  
 datum quippè illis nouo crimini est 69.  
 Matronas complures ad castimoniam *Æge-*  
*colendam* allexisse. Petrum porrò *sp. l. 3.*  
 carcere elapsum, adnitentibus Disci- *c. 10.*  
 pulis, inter quos ipsi carceris Custodes *Ambr.*  
 erant, fugam arripuisse, Christi *in Au-*  
 verò monitu, qui ei obuiam factus *xent.*  
 Romam se, vt iterum crucifigeretur,

*Romã* venire professus est, statim reuersum,  
*redit.* antiquorum Patrum authoritate ex-  
 ploratum habemus. illud quoque  
 traditur, vtrumque, antequàm ad sup-  
 plicium ducerentur, more Romano,  
*Aposto-* virgis cæsum. nec est quòd quis hoc  
*li vir-* neget de Paulo, qui Ciuis Romanus  
*gis casi* esset; nam Lege Sacra cautum erat Ci-  
 ues quoque ab huiusmodi animad-  
 uersionis genere, immunes ne essent,

cum



cum immanis alicuius sceleris fuissent  
 postulati. impietatis porro crimen,  
 quo Paulus, & ipse, reus est factus,  
 haud dubiè inter immania censeba-  
 tur. extant adhuc Romæ in Templo  
 D. Mariæ trans Ælium Pontem Co-  
 lumnæ, quibus tùm Apostoli, cum  
 virgis cæderentur, alligati dicuntur.  
 perductos quoque simul iunctos ad  
 Portam vsque Trigeminâ, quæ Ostien-  
 sis est eadem, hodiè S. Pauli; ex anti-  
 qua potius traditione, quam ex vete-  
 rum Scriptorum testimonio habemus.  
 hîc cum sese mutuò fuissent oscula-  
 ti, Paulus ad Aquas Saluias perducit-  
 tur tertio ab Vrbe lapide, vbi Chri-  
 stianorum carnificina postea quoque  
 est habita, vt testantur antiqua monu-  
 menta; ibi enim decem militum Chri-  
 stianorum millia cum Zenone Duce *Zeno,*  
 obruncata sunt, eorumque ossa vi- *ac socij*  
 suntur adhuc, magno aceruo, colun- *mart.*  
 turque. Hîc cum Apostoli Caput Car-  
 nifex abscidisset, sectæ colli venæ, la- *Pauli*  
 cte., non sanguine promanarunt; nec *Marty*  
*mirum*, inquit Ambrosius, abundasse *rium.*  
*lacte Nutricium Ecclesia* manant ad-  
 huc tres ibi Fonticuli, qui tùm pri- *Tres*  
 mùm feruntur erupisse, cum sacrum *fontes.*  
*c. 37.* Caput tres veluti saltus edidisset. sta-  
 tura fuisse illum breuiori tradunt,  
 naso inflexo, atque oblongo.

At Petrus trans Tyberim, vbi tùm  
 Iudæi agebant, ad Ianiculi verticem

Serm.

68.

Nice-

ph. l. 2.

c. 37.



*Petri  
Marty-  
rium.  
Ianicu-  
lus.*

*Aposto-  
lorum  
corpo-  
ra.*

ductus, capite in terram inuerso, Cru-  
ci suffigitur, vitæque demum cassus,  
in eiusdem Ianiculi parte illa sepultu-  
ræ est traditus, quæ Vaticanum appel-  
latur. constat enim Ianiculum olim  
appellatum totam illam Collium ve-  
luti catenam, quæ Vrbi imminet, &  
ad Pontem vsque Miluium pertingit,  
quod ne errore quis labatur, dictum  
voluimus. Tentasse postmodum Orien-  
tales Christianos tanquam suorum  
Ciuium sacra Apostolorum Corpora  
secum auferre, testatur in primis Gre-  
gorius, additque eos illa tantisper de-  
posuisse ad Catacumbas altero ferè  
ab Vrbe lapide. cum autem ea inde  
tollere niterentur, deterritos vi toni-  
trui, ac fulguris, reliquisse. *Quæ au-  
tem de Apostolorum laudibus, ac mo-  
numentis ex Patrum præconijs hùc af-  
feruntur, apud Authorem quare.*

*Linus.*

*De Pe-  
tri suc-  
cessori-  
bus.*

Petro in Ecclesiæ administratione  
subrogatus est Linus, qui Patria fuis-  
se dicitur Volaterranus. sunt qui ve-  
lint hunc, viuente Petro, quem Vniuer-  
salis sollicitudo Ecclesiæ in alias Chri-  
stiani Orbis partes auocabat, Coë-  
piscopum, seu, vt nunc vocamus,  
Coadiutorem egisse, & vnà quidem  
cum Cleto. alij ex his neutrum inter  
Romanos Pontifices collocant; ita-  
que, post Petrum, Clementem statim  
numerant. horum tamen sententia,  
infirmo nititur fundamento. *verio-*

l. 3. ep.  
30.



rem firmat hoc loco Author ex multis,  
qua in medium affert, argumentis.

Refedisse Neronis iram in Christia-  
nos visa, ex Apostolorum nece. siue Is-  
rebus suis prospicere, & à Nobilium  
conspirationibus præcauere, Gallia-  
que, ac Hispaniæ motus compescere,  
alijs neglectis curis, coactus fuerit,  
siue (quod etiam traditur) ab ijsdem  
Apostolis, nocturnis terroribus, ab in-  
stituta insontium hominum carnifici-  
na inhibitus. sanè illum infomes du-  
xisse noctes, à Matre territum, post  
illius mortem, profani quoque Scri-  
ptores tradunt.

Nero-  
nis cu-  
ra.  
Gallia  
ac Hi-  
sp. mo-  
tus.

Dio in  
Ner.

ep.

Vespasianus interim, qui in Iudæos  
missus à Nerone fuerat, maximis eos  
quotidiè cladibus afficiebat, quas ex  
Iosepho, qui eas fusè narrat, petere  
curiosus lector poterit.

de bell.  
l. 3.

Chri.  
Ann.  
70.

Iam Nero mortalium omnium odio  
laborans, post Gallici exercitus sub  
Iulio Vindice, Hispanici, sub Galba,  
defectionem, cum audisset Rubrum  
quoque Gallum, quem in Rebelles  
mittebat, rebellasse; desertum se in-  
super à Prætorianis cognouisset; non  
nisi iam latebras circumspiciens, vi-  
liori, ne agnosceretur, veste indutus,  
in Phaontis Liberti Prædium Salari-  
am viam inter, ac Nomentanam ve-  
nit. hic in spelunca delitescens, cum Nero-  
ab Equitibus se ad necem peti rescif-  
set, ægrè tandem manus ipse sibi at-

D 4 tulit,



*Neronis mors.* tulit, quodque animam diutiùs traheret, Epaphroditus, & ipse Libertus, eum confecit IV. Idus Iunias, (quo die Octauiam olim Coniugem interfecerat) cum annos imperasset propè XIV. vixisset ad XXXII. Porrò Neroniana sæuitia abiit prouerbum; itaque antiquiores Christiani Antichristum illum fuisse existimarunt, quod hoc Paulus visus sit innuere, dum de Antichristo loquens, addit, *mysterium iam operatur iniquitatis.* errore autem lapsos satis constat, cum epistola, Claudio imperante, scripta sit, quod antea monuimus. hinc alius etiam error refellitur eorum. qui putarunt, illum nequaquam mortuum, nouissimis temporibus iterum proditurum. superfuisse equidem tum Neronem, apud Romanos quoque, ac Barbaros, Parthos in primis, dubitatum diù est.

*Galba Imp.* Galba à militibus, quibus præerat, Imperator acclamatur: Vir ætate grauis, per omnes fermè honorum gradus ad supremum euectus, in eo non diù stetit. post menses quippè non amplius septem, totidemque dies deturbatus indè est.

Vespasianus deuicta Galilæa, dum Hierosolymæ obsidionem parat, nuncio de Neronis obitu, Galbæ Principatu accepto, Titum Filium ad nouum Principem legat, quo cum etiam

*Tacit. hist. l. 2*  
*Suet. Ner. c. 57.*



etiam Agrippa proficiscitur .

Chri. At Galba, quod seuerioris disci Galba  
Ann. plinæ assertor videretur, a militibus occidi-  
71. in Foro occiditur; quorum studio Sil-  
uius Otto sufficitur breuiori adhuc Otto  
Imperio potiturus. Romani etenim succe-  
in Germania milites, suum, & ipsi, be- dit.  
neficiū Romanum Imperium factu-  
ri, Vitellium Ducem Augustum ap- Vitel-  
pellant; suamque illi in Ottonem lius  
operam pollicentur, quam & egre- Imp.  
giè, parta de Hoste victoria, præstite- Ottonē  
re. Hic ille est Vitellius qui demanda- vincit.  
tam à Claudio Syriæ Prouinciam ad-  
ministravit, priuatus melior, quàm Prin-  
ceps; quippè Imperium adeptus,  
æmulo potestatis sublato, turpissimum  
vitæ genus instituit; itaque proborum  
iuxta, ac improborum odium incur-  
rit. quo audito Vespasianus, suis Vesp-  
de Vitellij nequitia militibus edoctis, sianus  
haud ægrè ab his Cæsar appellatur. imp.  
tū præmissa terrestri itinere exerci-  
tus parte, à qua Romam delata, Vitel-  
lius deiectus est, ac Populi ludibrio  
expositus, ipse Alexandriam petens,  
diū ibidem subsistit. porro qua ibi mi-  
ra, quauē ea virtute patrauerit, Au-  
thor in disquisitionem reuocat, refel-  
lens eos, qui, qua de Christo prædicta  
erant, de Vespasiano intelligenda esse  
crediderunt.

Iudæis interim quies à Romanis  
fuit (nam & Titus Alexandriæ tunc

D 5 erat)

Tac.  
hist. l. 4  
Suet.  
in Ve-  
sp. 105.  
d. bell.  
lib 7.  
c. 21.



erat) at non perindè à suis, quorum factionibus haudquaquam mitius, quàm ab hostibus, sunt habiti.

*Titus* At Vespasianus, Romam petiturus, *Chri.*  
*Iudaã* Titum Filium in Palestinam redire iu- *Ann.*  
*reperit* bet. Is, Cæsaream cum venisset, omnia 72.

inibi ad Hierosolymæ expugnatione  
necessaria comparat. instabant dies  
Paschæ, quamobrem incredibilis Con-  
uenarum numerus Hierosolymã con-  
cessit; opportunè tùm Titus exerci-  
*Titus* tum Vrbi admouit, omnesque ob-  
*Hiero-*strui vias iussit, ne quis egrederetur,  
*solymã* quò citius eos fames perurgeret; quæ,  
*obsidet* haud diù cunctata, infoelicem Popu-  
lum extrema statim pati coegit, no-  
tiora ea quidem, quàm vt hic pluribus

*Capit,* sit opus recensere. capta demum Vrbs  
*ac di-* est: Templum omnium augustissimum  
*ruit.* incensum: ædes reliquæ solo æquata:  
Iudæorum vndecies centena millia.

*Cæsoriũ* cæsa, reliqui fermè vilissimo ad ha-  
*nume-* stam precio venditi seruitutem serui-  
*rus.* re infoelicissimam coguntur.

Titus aliquandiũ apud Syriam mo- *Chri.*  
ratus, Alexandriam repetit, atque in- *Ann.*  
de Romam, vbi nobilissimum, de Iu- 73.  
dæorum Gente debellata, triumphum  
egit, cuius adhuc extat monumen-  
tum. cæterùm Iudæi complures, qui  
illam cladem euasere, aut longius an-  
te illam abiere, diuinam, & ipsi, vltio-  
nem effugere nequiverunt. ex his enim  
tria amplius millia, qui in nemus Iar-  
des



des se receperant, à Lucilio Basso Legato ad vnum omnes interempti sunt. rursus qui in Ægyptum, aliasque

*Ios. l. 7.* remotiores Regiones se contulerant, *c. 29.* varijs vbiq̄ue ex casibus extincti dicuntur. addit Eusebius Vespasianum *Eus. l. 3. c. 11* Principem omnes vbiq̄ue ex stirpe Chri. David diligentius conquisitos, necari Ann. iussisse quòd in vaticinijs esse cognouisset, ex ea Regem, qui æternus futurus esset, proditurum.

*Epiph. her. 18* Ex Iudæis, qui superfuere, Gentis *c. 29.* infamiam pertæsi, Christianum nomen *Hier. ep. 69.* veriùs, quàm sacra suscepere. ex his, *Theo. haret. fab. l. 2* quasi ex diuersi generis animantibus varia veluti monstra prodierunt pecu- *Harv. ticorũ secta varia.* liaria postmodum sortiti nomina, Samaritæ, Nazaræi, non ex antiquo instituto, sed nouiter quodammodo cusi, qui, & Minæi: Hebionæi, seu Hebionitæ: Osseni: & si quæ aliæ huius generis pestes, *quarum dogmata ab Athore hic referuntur.*

Hoc Vespasiani imperantis anno *Mart. tertio,* Martialis Episcopus, Galliæ *tialis* Apostolus, à Petro illuc missus, glorio- *Galliæ* sissimo labore perfunctus est. Tradunt *Apostolus* autem (nam ex Iudæis erat) Puerum *lus,* illum Hunc fuisse, de quo ad Christum Andreas dixit; *est Puer hic habens quinque panes, & duos pisces.*

*Chri. Ann. 75.* Vespasianus aliòquin bonus Princeps, Muciano impulsore, edictum promulgauit de pellendis Vrbe Philo- *Philo.*



*sophi  
Urbe  
puls.*

sophis. horum tamen contumaciam *Suet.*  
lenissime tulit. sane ex his multi erant *& Dio*  
in Principes procaciores, alij nouorū *in Ve-*  
quotidiē dogmatum professores. ad *sp.*  
miratione autem dignum est, hoc ipso  
tempore, quo Apostolici Viri Terrarū  
Orbem peragrarunt, multos quoque  
ex Philosophis id factitasse. plures ex  
his recenset Philostratus dum de suo *lib. 5.*  
scribit Thianæo. *hic appositè Author*  
*narrat, quæ Lucianus habet de Pere-*  
*grino; ex his enim Christianorum ho-*  
*minum integritas mirè elucet.*

*Vlti-  
mum  
Lustrū  
Capito-  
lini  
Agon.  
Homi-  
nes lō-  
gani.*

Vespasiani anno IV. ipso Censore Chri.  
conditum est Lustrum, quod postre- *Ann.*  
mum fuit, (postea namque pro Lu- *76.*  
stris Capitolini Agones numerari sunt  
coepti) in eo per Italiam, censiti sunt  
mortalium complures, qui à cente-  
simo vsque ad quinquagesimum insu- *lib. 7.*  
per ætatis annum numerabant, quos *c. 49.*  
Plinius recenset; ne cui mirum videatur,  
cum audit Simeonem Fratrem  
Domini nuncupatum, vigesimum su-  
pra centesimum egisse annum cum  
Cruci affixus est, cumque eadem ferè  
de Ignatio, Polycarpo, Herma, Qua-  
drato, alijsque Apostolorum Discipu-  
lis referuntur, qui aut Christum Do-  
minum viderunt, aut vidisse potue-  
runt, & ad Traiani, atque Hadriani  
tempora peruenerunt. quod Diuino  
etiam factum Consilio existimandum  
est, vt ea ratione Ecclesiæ consultum  
esset



esset contra Hæreticos quotidie, ut diximus, emergentes.

Chri. Exinde Augustus Pacis Templum *Pacis*  
Ann. sumptuosius extructum dedicavit. *Tem-*  
77. ra id quidem celeritate factum appa- *plum.*

*Dio. in* ret, & quæ, si opus spectes, homi-  
*Vesp.* num, ut ait Iosephus, cogitationem  
*debell.* superarèt. cur verò, nouo exemplo,

*l. 7. c.* Paci potius, quam alteri Numini il-  
24. lud dicauerit, cum præsertim sub alijs

Principibus pacatum Imperium diu-  
tius conquieuerit; non alia id factum  
de causa putandum est, quam quòd,  
ut alibi inuimus, ex vaticinijs, ac Iu-  
dæorum adulatione cognouerat per

*Esai. 9* ea tempora ex Palæstina Regem pro-  
diturum, qui æternus ipse, æternam  
Orbi pacem esset pariturus. quæ de  
Christo dicta cum essent; ipse, ut sunt  
Principes gloriæ cupidi, in se transfer-  
re, quacumque demum ratione, stu-  
duit. argumento est, quod & paulò  
ante indicauimus, omnes eum, quoad  
licuit, ex Dauidis stirpe, sustulisse.

Chri. Iam per aliquot deinceps annos

Ann. pauca admodum reperimus Christia-

78. norum gesta ad nostrum institutum

79. pertinentia. quamquam alioquin par

est credere, bene illos huius oppor-

tunitate Pacis, diebus velut Alcioneis,

vsos. igitur annis haud secius ac nota-

tis, fatius duximus vacuos illos quo-

dammmodo præterire, quam aliquid in-

certo Authore, siue vtcumque mi-



nus exploratum illis adscribere.

*Linus* Linus, quem diximus, Petri Succes- Chri.  
Ann.  
80.  
*obitus.* for, cum annos sedisset paulò amplius  
XI Saturnini Consularis iussu interi-

*Eius* mitur. scripta ab eo fertur historia de  
*scripta* altercatione Petri cum Simone Ma-  
go, quæ non extat. Acta verò passio-  
nis Petri, quæ eidem tribuuntur, mul-  
tis referta erroribus, reiiciuntur.

*Cletus* Lino subiectus est Cletus, quod ve-  
*succe-* terum sententia Patrum exploratum  
*dit.* habemus.

*Vespa-* At Vespasianus ætatis annum LXX. Chri.  
Ann.  
81.  
*siani* cum iniret, imperasset autem annos  
*obitus.* ferè decem, VIII. Kal. Iulij, morbo  
sublatus est; inter bonos Principes,  
primus ab Augusto numerandus.

*Vespa-* Haic Titus Filius adhuc melior suc-  
*nij in-* cedit, de cuius laudibus, Suetonium,  
*sendiã* ac Dionem consule.

Hoc tempore Campaniæ Mons Ve-  
suuius maiori, quàm umquam antea, Suet.  
c. II.  
Dio. in  
Tit.  
Hier.  
in ep.  
ad  
Gal.  
c. 6.  
vt proditur, incendio conflagrauit,  
quo Plinius interiit. hoc cum postea  
quoque sapius usu venerit, nescio an  
aliàs umquam maiori cum accolarum  
incommodo, ac terrore acciderit,  
*Aliud* quàm paucos ante menses, quam  
*novissi-* hanc ipsam Epitomen scribendam ag-  
*mum.* grederemur. libet rem probè com-  
pertam hic breuiter testari. Superio-  
ri anno extremo, qui à Christo nato  
primus, ac trigessimus fuit supra mil-  
lesimum, ac sexcentessimum, huiusmo-  
di



di Campaniæ clades illata est. Principiò tellus vndique per multa passuum millia concussa est vestementius: tùm Monte hiatu maximo fatifcente, fumi, ac flammæ, cinerisque, ac lapidum vis magna erupit. fumus non Campaniam modò, sed alias quoque circùm Oras oppleuit: flammarum impetu, ac copia multi mortales absumpti: arbores ambustæ: Domus incensæ: mare ipsum emotum, ac retroactum: lapides non pumicei modò, ac torrefacti, sed etiam liquefcentes latè disiecti: cinis arborum, ac Cincodomorum æquavit culmina, vt verius *ris aliè* canere nunc liceat, quod Staius hac *tudo.* ipsa de re cecinit.

*Mira fides: crede me Virum ventura propago,*

*Cum segetes iterum, cum iam hæc deserta virebunt,*

*Infra Vrbes, Populosque premi?*

Idem cinis Licium vsque, extreme Vr- *Quò*  
bem Italiæ, delatus est, non modò in *cinis*  
Apuliã, aliasque viciniore Regiones, *dela-*  
insuper mare Superum transgressus, *tus.*  
apud Dalmatiam pluisse dicitur. nec

*Mar-*  
*cell.*

*Chron.*  
*ad an.*

*471.*

mirum, cum Byzantium vsque ali-  
quandò peruasit, quod suo loco re-  
feremus. itaque Mons veluti euilce- *Motis*  
ratus, & media fermè sui parte deie- *byatus*  
ctior nunc est, & os exerit immane,  
cuius (si fas dicere) ingètia labra ad ali-  
quot passuum millia patefcunt. quid  
quod



*Aqua* quod aquæ vis magna ad montis latus  
*eruptio* erupit, erumpitque post aliquot iam  
 menses, & certum alueum nondum  
 naçta veluti errabunda, lata, ac vine-  
 ta, si quæ ab igne reliqua, miserè po-  
 pulatur? iam sonitus ex telluris succuf-  
*De so-* sione, ac diductione auditus est in lo-  
*nitu* cis longè distitis; quodque omnem su-  
*mira.* perat fidem, audiuius ipsi cum Ciui-  
 bus reliquis Perusiæ, quæ V. bs distat  
 à Vesuuiò ducenta amplius passuum  
 millia, & alij nobiscum innumeri apud  
 alias Hetruriæ, Umbriæ, ac Piceni  
 Vrbes quâquâuersum. erat autem fra-  
 gor veluti ex displosis per interualla  
 æneis tormentis, auditusque est per  
 tres ipsos ante eruptionem dies. ita-  
 què errore iucundissimo, certatim  
 quisque ex vicinarum Urbium incolis  
 scitari per literas, ecquis Procerum  
 aduentasset, ecquodnam illud esset læ-  
 titiæ, vt putabatur, argumentum. mi-  
 rari postmodum vicissim omnes, cum  
 nullibi tale quidpiam contigisse nun-  
 ciaretur: omnes denique obstupescere,  
 cum, literæ Neapoli allatæ, rem  
 vti erat, euulgabant. hæc de postremo  
 hoc Vesuuij incendio, ab alijs haud  
 dubiè fusius tradenda, à nobis præter  
 institutum dicta sufficiant:

Tito ad Campaniæ calamitatem Chri-  
*Roma* visendam profecto, Roma ipsa, flam- Ann.  
*incen-* ma per triduum debacchante, miserè 82.  
*dium.* vastata est. perire eo incendio, aut Suet.  
 certè 6.8.



Dio. in certè deformata superfuere, præter  
Tit. priuatas ædes, Tempia, aliaque pu-

blica ædificia complura: Serapium, *Qua  
absum  
pserit.*  
Septa, Isium. Neptunni Fanum, Balnea

Agrippæ, Diribitorium, Pantheon,  
Theatrum Balbi, Scena Pompeij, Octa-

uiana ædificia vnà cum libris, Tem-  
plū Iouis Capitolini vnà cum proxi-

mis Sacellis. ita hoc malum, inquit  
Dio, diuinum potius, quam huma-

num fuit. huiusmodi sanè occasione  
vlos Christianos credimus, quod sæ-

pè alias, ad Gentiles, eo incusso ter-  
rore, ad Christi Fidem suscipiendam,

Chri.

Ann.

83.

84.

Suet.

c. 11.

Dio.

ibid.

peruouendos, extremique iudicij diē  
expectandum, ac pertimescendum.

Post hæc Titus optimus Imperator,  
Orbis deliciae, veneno vt creditum,

à Domitiano Fratre propinato, extin-  
guitur, cum annos imperasset paulò

amplius duos, vixisset XLI.

Sublectus est Domitianus idem na-  
tura sæuus, ingenio ferox, ac vafer,

quem mittissimus Frater officijs num-  
quam valuit demereri. initio sane

Suet.

c. 7.

Mar-

tial. l.

6. & 9.

In vit.

sua

sub fin.

Principatus iustitiæ cultor fuit, aut  
videri expetijt. Seuerissimas in im-

prudicos Leges, impurissimus ipse,  
tulit, aut iam latas renouauit; quo fa-

ctum, vt res tum Christiana radices  
altius egerit. itaque & Iosephus, qui

etiam tum Romæ erat, cumulatim se  
honoribus ab eo scribit, hisque velu-

ti stimulis incitatum, libros de Anti-  
qui-

Titus  
mori-  
tur.

Domitianus  
succe-  
dit.

Iosephus  
libros  
Anti-  
quit.  
scribit.



quitatibus iudicis conscripisse :

Verum enim verò quam hactenus Chri.  
iustitiæ curam Tyrannus simulauerat, Ann.  
haud diù cunctatus, abiecit. sæuire 85.

*Philo-  
sophi  
pulsi.*

itaque in Ciues cæpit, tùm in Philo- *Suet.*  
sophos, quos solum vertere edicto *& Dio.*  
iussit, nisi si qui fortè ex Philosophis *Philo-*  
Assentatores, aut Delatores facti, exi- *str.*

*Epictet-  
us Muso-  
sonius,*

lium infamia redemissent. inter extor-  
res fuere Epictetus, Musonius, Dio  
Chrysoftomus, ac permulti alij Viri  
clarissimi, ac integerrimi.

*Dio.*

*Chryf.*

Animum deinde adiecit ad resti- *Chri.*  
tuenda Tempia incendio, vt diximus, Ann.  
absumpta, Sacerdotes Flauix Genus 86.87

*Vesta-  
les de-  
fossa.*

instituit: Vestales Virgines tres, stupri  
compertas, viuas infodi iussit. sed  
hoc seueritati detur, illud non nisi sce- *Probl.*  
leri, quod Plutarchus in primis dete- *Rom.*  
statur, cum, malis publicis auerrun- *q.83.*  
candis, Græcos duos, totidemque

*Item  
alij li-  
cet in-  
noxij.*

Gallos, Viros, ac Mulieres innoxios  
defodit. porrò si quis dixerit hos ex  
Christianis acceptos, quemadmodum  
Nerone Principe vsu venit, hunc sco-  
pum attigisse affirmauerim.

*Agona-  
les ludi*

Quintum dum ageret in Imperio Ann.  
annum, Agonales in Capitolio ludos 88.  
instituit quinto quoque anno, ad in- *Suet.*  
star græca. um Olympiadum, instau- *c.4.*  
randos qui tamen diuersi adhuc erant *Cæsar.*  
à ludis quinquennialibus ab eodem in- *c.14.*  
stituitis. *Chri.*

Ad hæc vanissimus omnium Prin- *Ann.*  
ceps 89.



Suet. c. 13.  
Philo- Str. l. 5.

ceps eò dementiæ venit, vt se Palla-  
dis Filium, Deumque, ac Dominum  
dici voluerit; & hoc quidem oppor-  
tunè ad res nostras, quò tùm Fideles  
Romanos Deos promptius exhibila-  
rent, nouoque exemplo veteres æsti-  
mandos suaderent.

Chri. Ann. 90. 91.

Cum autem capessere aduersus Da-  
cas arma oporteret, ex Vrbe eam in  
expeditionem discessit; tùm verò, si  
vniquàm antea, summa cum superbia,  
summam ignauiam præ se tulit. iram  
etenim statim vertit in Ciues, quo-  
rum complures fortunis, exilio, vita  
quoque mulctauit. hos inter Cocce-  
ium Neruam, qui post eum impera-  
uit, extorrem fecit, quod cum Thia-  
næo consuetudinem habere compe-  
risset: qua etiam de causa Thianæum  
ipsum coma, ac barba, contemptus  
causa, exutum, traduxit: cum verò il-  
lum detinere vellet inuitum, Magus,  
si vera referunt, iniectis veluti tene-  
bris, recessit inuisus, & Puteolis nec  
opinatò sese Discipulis ostentauit.

Philo- Str. l. 7.

Chri. Ann. 92.  
Tert. de præ-  
script. c. 36.  
Eus. l. 3. c. 13

Ioannes interim Euangelista, qui S. Ioã-  
Asianas curabat Ecclesias, impietatis  
reus constitutus, Romam à Procon-  
sule mittitur; siue id Thianæo, siue au-  
thore Ebione factum. ibi fermentis  
olei dolium expertus innoxius, in In-  
fulam Patmos relegatur. hoc veluti  
præudio Tyrannus sæuissimū in Chri-  
stianos bellum auspicatur. est autem

Patmos



92 *Epit. Annal. Eccles.*

Patmos vna ex Sporadibus passuum  
in circuitu habens triginta millia.

*Plin. l.*

*4. c. 12*

*Cleti Martyrium.* Sæuiente iam, quod diximus, in  
Christianos bello, Cletus Rom. Pont.  
Martyrio coronatur, exactis in Pon-  
tificatu annis ferè XIII.

*Srab.*

*l. 10.*

Post Cletum Clemens sufficitur an-  
tiquus Principum Apostolorum Alum-  
nus.

*Chri. Ann.*

*93.*

*Anti- pa Ma rtyriū.* Sub hoc idem tēpus Antipas illustris  
Martyr Pergami coronatur. de quo in  
sacra Apocalypsi mentio habetur.

*Iren.*

*l. 1.*

*c. 2.*

*Gla- brio Coss.* Illustrissimus quoque Acilius Gla-  
brius cum Consulatum vnà cum Vlpio  
Traiano gereret, vocatus in Albanum

*Chri.*

*Ann.*

*94.*

*Bellijs tradi- tur.* ad Iuuenalia, reus impietatis factus  
quod ad Iudaorum mores (inquit Dio)  
transisset, in Theatrum immisus, vt  
ab immani Leone voraretur, belluam  
egregiè confecit. en quò sæuissimi  
Principis venit immanitas. quamob-  
rem postea (pergit idem Author)  
eadem ex causa quod Romanos Deos  
non coleret: iussus est interfici. nec  
minori cum immanitate Corneliam  
Vestalium Maximam innoxiam, vt  
vulgò creditum, defodi iussit; cum,  
vt ait Plinius Cæcilius, suum sæculum  
illustrari hisce seueritatis exemplis ar-  
bitraretur.

*l. 4. ep.*

*II.*

At Clemens Pontifex, cuius erat Chri-  
munus vniuerso Christi gregi prospici-  
cere, ad Corinthiorum Ecclesiam,  
quæ schismate laborabat, luculentam  
dedit

*Ann.*

*95.*



*Iren.* l. dedit epistolam, quam summis effe-  
3. c. 3. runt laudibus antiquiores Patres, ex  
*Clem.* qua non nisi fragmenta ad nos quæ-  
*Alex.* dam peruenere. altera quoque ad eos-  
*Str.* l. 4. dem eius nomine circumferebatur,  
quæ tamen non eandem mereri Fidem  
visa est. Multos eum quoque instituis-  
se ferunt Episcopos, apud Galliam in  
primis, in quibus Dionysium Parisien-  
sibus tribuit, Eutropium Sanctonen-  
sibus, Nicasium Rothomagensibus, Tau-  
rinum Ebriocensibus, Lucianum Bel-  
louacensibus.

*Chri.* Domitiani anno XIII. Iosephus vi-  
*Ann.* ginti libris comprehensum de Anti-  
96. quitatibus Iudæorum Opus absoluit, *Iose-*  
*phus*  
ætatis annum agens LVI. ex quo il-  
lum Adolescentiam egressum vix fuis-  
se constat, cum iam bello clarus sub-  
*Antiquita-*  
*rum opus*  
*absol-*  
*uit.*  
*sup. ad* ipsum Vespasiani in Iudæam aduen-  
*an.* tum triginta ferè ante annos militari-  
*Chri.* bus apud Galilæam copijs præerat.  
58. ex ephœbis autem vix egressum cum  
suis ipse Quibus patrocinatorus, Ro-  
mam, vt diximus, perrexit nisi; si quis  
mendum in numeri notas irrepisse po-  
tius contendat. pollicetur autem edi-  
turum se libros quatuor de Iudæorum  
opinionibus quoad Deum, ac de legi-  
bus: compendio insuper be la omnia,  
quæ Iudæi ad illud vsque tempus ges-  
sissent traditurum; quæ, an postea præ-  
stiterit, ignoratur; commentarij cer-  
tè huiusmodi non extant.

Se-



Sequenti anno Ioannes Euangelista Chri.  
*Apoca* suam scripsit Apocalypsim de cuius Ann.  
*lypsis.* firmitate, quòd aliquandò dubitatum 97.  
 sit, Author fusè docet quid hac in re  
*Cerin-* sentiendum, qua etiam occasione Ce-  
*thi do-* rinthi dogmata (qui ab aliquibus Apo-  
*gmata calypsis* Author est creditus) distinctius  
 recenset.

Persequutio interim in Christianos Chri.  
 instituta, quæ alibi deferbuerat, gli- Ann.  
 scere in Aula Principis cæpit. itaque 98.  
 suorum quoque cruoris sitiens Tyrann. *Suet.*  
*Flau-* nus, Flauium Clementem Patruelem c 15.  
*us Cle-* Exconsulem, & vt quidam tradunt c 17.  
*mës oc-* duos insuper eius Filios, quos iam Cæ- *Dio.*  
*ciditur* sares destinauerat, ob Christi Fidem *Eus. l.*  
 maçtari iubet, Flauiam porrò Domitil- 3. c. 1.  
 lam Neptem exilio mulçtari, quo sibi,  
 vt ait Suetonius, exitium haud dubiè  
 maturauit. Stephanus quippè eiusdem  
 Domitille Procurator, ad Tyranni col-  
 loquium admissus, libellum porrigere  
 se, coniurationis indicem, simulans,  
 exerto, què brachio adiunctum abdi-  
*Domit.* derat, gladiolo, diutiùs licèt obluçtan-  
*Imp. oc* tem, confecit. quo audito Romanus  
*ciditur* Populus illius Statuas aureas, atque ar-  
 genteas (nam vilioris materiæ reue-  
 rat) conflauit: Arcus euertit: è Saxis  
 nomen erasit: Octobris quoque no-  
 men, quod in suum Tyrannus mutaue-  
 rat, restituit, eraso ex omni ære, ac  
 marmore infausto vocabulo. A tigerat  
 tùm Imperij annum XVI. ætatis VL.

Eo



*Dio. in Neru.* Eo sublato Cocceius Nerua, non Nerua Senatus modò authoritate, sed Mili-*Imp.* rum etiam assensu, capeffit Imperium; statimque Christianos restituit, deque ijs quæstionem in posterum haberi vetat: grauissima Iudæorum tributa condonat.

*lib. 3. e. 15.* Hoc loco Author non pauca ex Eusebio, ac alijs habet de Ioanne; quem cum reliquis exulibus nouus Princeps liberum esse iusserat, deque eius Euangelio, ac Epistolis.

*Chri. Ann. 99.* Porro Nerua cum se viribus fatiscentem, tanto imparem oneri agnosceret, Vlpium Traianum Hispanum hominem, cum legionibus apud Germaniam agentem, adoptatum, Cæsarem dixit.

Hoc eodem anno moritur Apollonius Thianæus, incertum quo mortis genere. quippè (quod Philostratus etiam fatetur) immortalem se à suis credi percupiens, omnium consortium moriturus vitauit.

*Chri. Ann. 100.* At vero Imperij anno vix exacto Nerua Augustus, octogennario maior decel-*mori-* fit, laudatusque funebri oratione est à Cornelio Tacito, quod quidam tradunt, nam alioquin eius oratio desideratur.

*Libri I. finis.*

AN-